

testamentum, in quo patrem heredem instituerat, & quia vxor erat in articulo mortis, & grauitate infirmitatis oppressa, ob nimiam reuerentiam maritalem, & blauditias dolosas, importunasque preces, & persuasiones, aliasque coniecturas, ex quibus dolus arguebatur: annuit precibus predicti mariti, in eundem conferens legatum domus, quod minime fecisset, si ea non interuenissent, ut idem Afflictis intelligit ibidem, nu. 8. & Cas. Vrsil. in addit. nu. 10. Paul. Paris. in consil. 67. nu. 70. & 71. lib. 3. Menochius, de arbitrarijs, lib. 2. casu 395. num. 41. & lib. 4. presump. presumption. 11. numer. 9. Simon de Prætis, de interpretat. vltimar. voluntat. lib. 2. dubitation. 2. solution. 1 nu. 19. fol. 186. vbi recte annotauit, tot coniecturas interuenisse in illo casu, quot ex illis apparebat, testamentum non fuisse conditum voluntate vxoris libera, & lib. 5. dubitatione prima, num. 75. fol. 444. vbi dixit, quod ex introitu mariti clam, & occulte ad cubiculum vxoris infirmæ testantis, & super eius facie importune stantis, & rogantis enixe, ut sibi faceret legatum de vna domo, & ex alijs simul probatur dolus ibidem.

Nunc vero decis. d. l. vltim. C. si quis aliq. test. prohibue. (hactenus limitata) extenditur, ut non solum liceat alicui blandis verbis testatorem inducere, ut eum instituat, velut in fauorem eius aliquo modo disponat, sed etiam licere testatori persuadere, ut testamentum in suadentis fauorem antea factum non mutet, siue ut secundum testamentum non faciat, quod Paulus Iureconf. in l. vlt. ff. si quis aliq. testa. prohibue. expresse probauit, & in hunc modum scripsit. *Virum qui non per vim nec dolum, quominus vxor contra eum mutata voluntate codicillos faceret, intercesserat, sed ut fieri assolet, offensam agra mulieris maritali sermone placauerat, in crimen non incidisse respondi, nec ei quod testamento fuerat datum, auferendum, quia scilicet utilitatem suam procurauit.* Et ita ex illo textu notarunt scribentes communiter, & cum multis Petrus Pechius, de testamentis coniugum, libro primo, capite

3. numero primo in fine. Ioannes Vincentius Hondedei, in consilio 32. num. 58. libro primo. Paulus Parisius, in consil. 67. num. 51. & 52. lib. 3. dicens, licere institutis in primo testamento instare, ne illud mutetur aduersus alios fatagentes, ut mutetur. Socinus Iunior, in consilio 148. numer. 30. in versiculo, verum tamen, lib. 2. vbi scribit, non esse improbatum desiderium venientium ab intestato, ne testator testamentum condatur, & sequitur Menochius, de arbitrarijs, libro 2. dicto casu 395. in finalibus verbis, quæ omnia intelligi debent, modo sic suadentes aut desiderantes, iusti desiderij licitæque suasionis aduersus religionem terminos non excedant, fraudque, dolus, & calliditas absit omnino, intelligendo semper iuxta ea, quæ superius diximus, & ita expresse probat text. in d. l. vltim. ff. si quis aliq. testam. prohibuerit. Et de his hactenus egisse sufficiat.

Ex capite secundo.

SUMMARIUM.

- 1 **M** Inor iurans contractum à se gestum, cesset quodammodo, aut per fictionem maior, unde aduersus contractum venire, aut in integrum restitui non potest, sed ad ipsius obseruantiam precise adstringitur.
- 2 Quod procedit, quocumque modo minor contrahat, & quanuis contraxerit sine curatore, quem habebat, aut sine decreto super re immobili, vel cum alijs contractus esset nullus.
- 3 Idque iuxta intellectum communem, quem magis communiter probarunt scribentes, ut constat ex multis hoc loco commemoratis, qui

Quotidian. controuers. iuris.

ex proposito, atq; latissime tractarunt & exornarunt materiā authent. sacramenta puberum. C. si aduersus vendit.

- 4 **Tex. in authent. sacramenta puberum**, locum obtinet in omni dispositione minoris, & etiam in donatione, quæ à minore facta, cum iuramento confirmatur, & validissima reputatur.
- 5 **Quauis absque iuramento nulla sit**, nec consensu curatoris, & iudicis decreto confirmetur.
- 6 **Donatio facta à minore cum iuramento**, utrum ob enormem aut enormissimam lesionem debeat rescindi, & quid si ex causa remunerationis, vel ob aliam causam facta fuerit.
- 7 **Vbi diuersæ sententiæ doctorum commemorantur**, & inter alios authores, Marcus Antonius Eugenius, & Ioannes Vincentius Hondedei, magis commendantur.
- 7 **Iuramenti relaxatio à minore petita**, utrum illi opitulari debeat, dumtaxat, ut periurus non dicatur, non autem, ut ius partis ledere possit, siue quid relaxatio huiusmodi operari debeat, remissive.
- 8 **Minor non certioratus de beneficio restitutionis in integrum**, iurans contractum, utrum beneficium illud amittat, nec ne? & ibidem quam plurimi authores cōgesti, qui de hoc dubio tractarunt.
- 9 **Minor non certioratus de beneficio restitutionis in integrum sibi competenti**, restitui potest, etiam si contractum iurauerit, ex senten-

tia Dyni, quæ & alij authores sequuntur.

- 10 **Ac de illorum fundamentis agitur**, remissive.
- 11 **Minor iurans non contrauenire contractui**, etiam non certioratus, excluditur à beneficio restitutionis in integrum.
Idque ex sententiā Bartoli, quem per multi authores sequuntur.
Ac cum eo tenendum putat author, ut hoc numero adnotatur, & ibidem ostenditur, qualiter sententiā hac retēta, Dyni rationibus responderi valeat.
- 12 **Minor enormiter aut enormissime lesus**, utrum in integrum restitui possit aduersus contractum iuramento firmatum, & relaxationem ab eo impetrare.
Et ibidem authores quā plurimi adducti, qui in prefato dubio, magis ex professo loquuntur.
- 13 **Ex illis autem, sequentia constitui posse existimauit author**, quæ magis communiter probantur.
In primis, diuersimode & varie Doctores se habuisse, quatenus explicare curarunt, quæ dicatur in proposito enormis aut enormissima lesio.
Obtinuisse tamen sententiā eorum, qui totum hoc iudicis arbitrio relinquendum dixerunt.
- 14 **Et inde, Ioannis Mauricij Dolani**, de enormi, atque enormissima lesione internoscenda, sententiā authori placuisse, & numeros sequent. in fine, & inferius, numer. 42.
- 15 **Quauis non ignoret, lesionem apud**

scribentes diuersimode considera-
ri, enormem inquam, enormio-
rem, atque enormissimam, prout
hoc numero latius declaratur, &
Cornei observationes in proposito
recensentur.

16 Secundo constituit, negari non posse,
quin in dubio prefato maximus
sit Doctorum conflictus, idque
propter multas rationes, quae hinc
inde considerantur, & pro utra-
que parte passim ab scribentibus ad-
ducuntur.

Ut constat ex his authoribus, qui hoc
numero praecitantur, ubi etiam
Burgos Salon de Pace contrarietas
ad notatur.

17 Tertio constituit, authores nonnul-
los non dubitasse asserere, ob lesio-
nem quamcunque, etiam enormis-
simam, minorem non restituendis
ad contractum iuramento confir-
matum.

18 Contrarium tamen, magis commu-
niter (& verius quidem) pro-
basse scribentes per multos varijs
in locis.

Idque intrepide tenendum, prout hoc
numero obseruatur, & multa ra-
tiones, atque authoritates adducun-
tur, remissive.

19 Quoniam (ut ipsimet authores nota-
runt) tex. in d. authent. sacramen-
ta puberum. C. si aduersus uedit.
non procedit extante dolo.

20 Sed ubicunque in contractu adest
enormissima lesio, ibi dicitur adesse
dolus praesumptus, siue re ipsa,
& sic iuramenti vinculum non
obstat, & minor restitui debet.

21 Tutoris aut curatoris authoritas, de-

cretum iudicis; & iuramentum ope-
rantur in dubio, secus quando con-
stat de enormissima lesione, tunc
enim contractus a minore gesti fir-
mitatem non inducunt.

22 Quarto constituit author, in propo-
sito dubio distinguere nonnullos Do-
ctores inter enormem, atque enor-
missimam lesionem: ut scilicet
propter enormissimam conceda-
tur restitutio iuramento non ob-
stante, propter enormem vero de-
negetur.

23 Alios vero authores, prefata distin-
ctione non admissa, indistincte pro-
basse, quod minus contractus est
quando ex ^{enormi} ^{lesione}, uel e-
normissime, ^{sus} ^{aduersus} ^{contractum} ^{iam} iuramen-
to munitum, & sic nullam diffe-
rentiam constituendam inter enor-
mem, atque enormissimam lesionem
arbitrantur communiter.

24 Horum sententiae libenter se sub-
scripsit author, ea praecipue ex-
citatus ratione, quod fundamen-
tum praecipuum doli praesumpti,
siue re ipsa (quo in enormissi-
ma lesione adducti sunt docto-
res principaliter) sic equaliter mi-
litet in enormi, sicut enormissi-
ma lesione, & per consequens in
utraque procedere non debet D.
authent. decisio.

25 Id quod recte adnotarunt autho-
res nonnulli, qui hoc numero praecitantur.

Qui etiam in confirmationem huius
rei, rationes alias, & authoritates
adducunt.

26 Enormiter, aut enormissime cum

Quotidian. controuerſ. iuris.

- laesus est minor, vel alius, an absolutio à iuramento necessaria sit; ubi sententia diuersa preferuntur, & tutius esse absolutionem impetrare, resoluitur.
- 27 Vxor fideiubens pro marito cum iuramento, vel tanquam principalis cum eo intercedens, an obligetur de iure canonico?
Et posito, quod obligetur, an illi succurrendum sit stante enormi lesione?
Et an enormis lesio dicatur tantum, quando indemnitatem consequi non potest in bonis mariti?
Vbi inferitur, ad l. 61. Tauri, & Hie-
Zauillos resolutio, atq;
in proposito illius legis
pro
- 28 Quinto constituit, minorem enormissime, aut grauiter laesum, posse restitutionem petere aduersus contractum, seu renunciationem, etiam si lesioni huiusmodi renunciauerit, aut iurauerit se illum ratione cuiuscumque lesionis non impugnaturum.
- 29 Et clausulas generales nihil in proposito operari, ut hoc numero adnotatur, & vera ratio redditur.
- 30 Principalia si dolosa sunt, & accessoria similiter eiusdem naturae esse praesumuntur.
- 31 Minor qua facilitate contraxit, eadem renunciaſſe, & non contrauenire iuraſſe praesumitur.
- 32 In minore, muliere, ac rustico semper praesumitur simplicitas & ignorantia, si contractus damnosus sit, quanuis iuramento firmatus.
- 33 Mulieres maxime minores, semper contra propria commoda laborare videntur.
- 34 Sexto tandem, & ultimo loco constituit, minorem simpliciter contractentem iuramento praestito, solum renunciaſſe videri beneficio aetatis, nec per hoc excludi ab auxilio l. 2. C. de rescindenda vendit.
- 35 Iuramentum excludit maiorem à beneficio l. 2. C. de rescindenda vendition.
- 36 Sed non excludit stantem enormissimam lesione, ut hoc numero latius, atque ex proposito explicatum traditur, remissive.
- 37 Minor renuncians cum iuramento hereditati paterna, vel materna acquisita, vel acquirenda, non potest contra pactum venire, nec etiam absolutionem obtinere, ut agat contra renunciationem, quia per iuramentum maior efficitur, ut hoc numero adnotatur.
- 38 Et ibidem per multi auctores congeruntur in unum, qui materiam cap. quanuis pactum, de pactis, lib. 6. latissime explicarunt.
- 39 Dolum praesumi ex enormissima lesione, & consequenter in eo verificari decisionem text. in d. cap. quanuis pactum, dum vult, quod renunciatio, etiam iurata, interueniente dolo non valeat, & vide infra ex num. 50.
- 40 Quia licet loquatur de dolo generaliter, non debet restringi ad dolum ex proposito magis, quam ad dolum re ipsa, qui ex enormissima lesione causatur, & quanuis praesumptus, vere tamen dolo est, siue proprio dolo comparatur, qui ex enormissima lesione resultat.
- 41 Dolo verus sicut remitti non potest

in specie d. c. quāuis pactum, pariter, nec dolus praesumptus, & inde enormissima lesioni, etiam cum iuramento valide renunciari non potest, ut latius adnotatur hic, & vide infra, num. 53. in fine.

42 Et totum hoc discreti, bonique iudicis arbitrio relinquitur, & vide supra, num. 13. & 14.

43 Renunciationis facta tempus, semper, & perpetuo considerandum, cum de lesione in huiusmodi renunciationibus agitur, etiam si ex post facto facultates patris excreuerint.

44 Considerandum etiam, an filia, quae hereditati paterna futura renunciauit, dotem acceperit iustam eo tempore inspecto, quo dos ei data, & constituta fuerit à parente, & computatis illis bonis, quae eo tempore pater habebat, nō his, quae vel habuit post, vel habere potuit.

45 Quia tunc dotis datio non est ad rationem legitima consideranda, quo casu foret constituenda iuxta quantitatem bonorum, quae pater habebat mortis tempore, sed est constituenda iuxta officium paternum, & sic secundum bona, quae tempore nuptiarum, & constitutionis dotis pater habuit.

46 Idque ex resolutione quorundā authorum, quibus Sylvestri Aldobrandini resolutio conuenit, ut hoc numero demonstratur.

47 Atque ex sententia eiusdem probatur, quod dos congrua in terminis nostris solet dupliciter considerari: uno modo dicitur congrua inspecto tempore matrimonij, vel carnalis, vel spiritalis, & in ea con-

siderantur facultates patris tempore constitutionis, non tempore mortis, numerus filiorum, qualitas mariti, seu monasterij, & mos regionis, ut hoc numero latius adnotatur, ubi vide omnino.

48 Alio modo dos dicitur congrua, siue congruitas considerari potest, scilicet habita consideratione ad legitimam, & tunc attenditur tempus mortis.

An autem sic considerata congruitate, filia quae renunciauit, aliquid petere possit pro supplemento dotis receptae aut legitimae, explicatur hoc numero.

49 Et quorundam authorum traditiones siue observationes in proposito, qualiter, siue quibus in terminis accipi debeant, nouiter & vere declaratur per authorem.

50 Decisio text. in d. cap. quāuis pactum, de pactis lib. 6. utrum habeat locum data enormi lesione.

51 Quod dubium, ut commodè atque dilucide declarari valeat, necessarium est ad ea aduertere, quae de enormissima lesione dicta fuere supra, numero 39. & 40. item inquirere magis ex professo, an certū omnino sit, text. in d. cap. quāuis pactum, data enormissima lesione nō procedere.

52 In ea namque etiam, non solum in enormi inter Doctores altercatio fuit & contrarietas.

53 In primis namque, quod renunciatio etiam iurata, si enormissimam lesionem contineat, iuranti non nocet, nec sibi vendicet locum decisio text. in d. c. quāuis pactum, sal-

Quotidian. controuers. iuris.

tem petita absolute a iuramento, tenuerunt quam plures auctores, qui hoc numero, & supra nu. 40. praecitantur.

Et ibidem eorū rationes breuiter expendantur.

34. Et contra tamen, quod renunciatio iurata, etiam si enormissimam lesionem contineat, iuranti noceat, nec ullo pacto contraheri possit: tenuerunt alij auctores, qui hoc loco commemorantur.

35. Et mouentur dumtaxat ex decisione tex. in d. cap. quanuis pactum, qui indistincte dicit, quod iuramentum inuolabitur obseruetur.

36. Tamen ille tex. vitari potest facillime (& vere quidem) inducendo atque accipiendo eū, ut hoc numero adnotatur, & supra num. 53.

37. Quocirca in praefato dubio, alij distinguendum existimant ut inter enormem, atque enormissimam lesionem: ut scilicet renunciatio iurata, saltem petita prius absolute a iuramento, iuranti non noceat, si enormissimam lesionem contineat, secus vero si lesio enormis tantum sit.

38. Verum hac distinctio nouiter, manifestatamen, & vera ratione ab auctore improbat.

39. Nec posse sustineri, cum renunciatio iurata a minore facta fuerit, pro certo defendit, tunc namque in terminis dict. cap. quanuis pactum, eadem omnia obseruari debent in minore, quae in terminis d. auctent. sacramenta puberum, adnotata fuere supra, ex numer. 22. usque ad numerum 27. circa enormem lesionem.

60. Sed cum renunciatio iurata a maiore fiat, non ita de facili rescindendam arbitratur auctor ob enormem lesionem, sed iudicis arbitrium multum in hac re ualere existimat.

61. Quauis doctores communiter, terminos hos inuoluant, nec ita distinge, rem ipsam considerent, ut hoc numero adnotatur.

62. Alij vero (& permulti quidem) indistincte dixerunt, ob enormem lesionem renunciationem iuratam rescindi, necesse locū decisioni tex. in d. cap. quanuis pactum.

63. Quorum sententia probabilis uideatur auctori, modo intelligatur iuxta ea, quae numeris praecedentibus, hoc est numer. 59. & 60. annotata remanent.

64. Vel quia in terminis dict. cap. quanuis pactum, non solum in enormi (ut dictum est) sed etiam in enormissima lesione Doctores dissentiunt, ut non tantum alij alijs, sed etiam plures sibi inuicem contradicant, nonnulli casus ex mente & placito aliorum auctorum distinguantur.

Sic enim res haec facilius, ac distincte magis, & dilucide diffiniri posse uidetur, ut numeris sequentibus apparebit.

Nec ceteris in futurum, tanta confusio, dubitandi-ue, aut dissentiendi occasio relinquatur.

65. Et primus casus sit, quando renunciatio filiae iurata, facta fuit uiuo patre, vel matre, & sic agitur de iure querendo, non de iure quaesito, quia pondum hereditas delata est:

est: & tunc quidem renunciatio iurata, etiam à minore facta valida erit, quanuis lesio enormissima interueniat.

Et in hoc conueniunt authores permulti, qui hoc loco commemorantur.

66 Nec dissentit Molina, de Hisp. prim. gen. lib. 2. cap. 3. numer. 27.

& 28. imo in his terminis, renunciationis scilicet hereditatis nondum delata, idem probauit aperte, ut hoc numero nouiter, & uere adnotatur.

67 Solus Didac. Couar. ab hac resolutione recedit.

68 Cuius sententia auctori non placet, nec sustineri posse uidetur ex his rationibus, quas authores relati supra, numero 65. latissime congesse-
runt.

Inter quas, uel una tantum concludit, quae ponderatur hoc numero.

69 Renunciatio hereditatis futurae, siue iuris quarendi à filia facta uiuo patre, uel matre, utrum retrahatur ex eo, quod nihil ob renunciationem acceptum fuerit, siue qualiter eo casu filia sit subueniendum.

Vbi aliorum sententiae in proposito expenduntur, & uera traditur, breuisque resolutio per totum numerum.

70 In renunciatione iurata, facta per filiam de hereditatibus paterna, uel materna patri, uel matri ipsi, metus aut dolus ad eius rescissionem minime praesumitur.

71 Imo renunciatio hac, quae fit patri, uel matri, fauorabilis debet reputari.

72 Maxime si ex iusta, aut necessa-

ria, uel pia causa facta fuerit.

73 Uel accepta dote congrua.

74 Siue monasterio reseruata eleemosyna, dote uel competenti assignata: tunc enim non poterit dici filia enormiter laesa, quae monasterium ingredi uolens, hereditati paterna, uel materna, uel etiam utriusque renunciauit.

Et multo magis, si iam ingressa, & dote competenti ad religionis ingressum, siue ad monasterium reseruata, uel obtenta, praedictam renunciationem fecerit.

75 Quia fecit illud, quod communiter faciunt multae aliae filiae ingredienti religionem, nihilquae propriam habere potest, cum huiusmodi moniales paupertatem profiteantur.

76 Secundus casus sit, quando filia cum iuramento renunciauit hereditati paterna, aut materna sibi iam delata, mortuo patre, uel matre, puta fratribus suis, seu patruo, uel alijs personis, & esset enormiter; aut enormissime laesa: & isto casu iuramentum relaxabitur, & non habebit locum decisio. d. cap. quanuis pactum, de pactis, lib. 6.

77 Quod procedit aequaliter, quando filia cum iuramento renunciaret patri hereditati materna sibi delata, uel alterius, iuri sibi delato, & quae sit per uiam renunciationis, quae non esset mera donatio, quia si enormiter laederetur, non haberet locum d. capit. quanuis pactum, dispositio.

78 Quod est de mente quam plurimorum aucthorum, qui dumtaxat differentiam constituunt in hoc, quod renuncia-

Quotidian. controuers. iuris.

- nunciatio sic iuris quasi, vel quaerendi, non vero in hoc, quod patri, vel consanguineo, aut alteri renunciatio fiat.
- 79 Vere namque, iuris iam quasi renunciatione facta, & enormi, aut & enormissima lesione interueniente, nulla inter has personas differentia constituenda est.
- 80 Quod in specie Paulus Parisius, & Syluester Aldobrandinus, singulariter animaduertunt.
- 81 Nec dissentit Molina, de Hispan. primog. lib. 2. cap. 3. num. 28. prout nouiter, & vere in proposito expenditur per Authorem.
- 82 Qui ultra ipsum Molinam, & reliquos hucusque scribentes, nonnulla animaduertenda, atque consideranda duxit hoc loco.
- 83 Atque imprimis, in proposita specie forsam non habituram locum resolutionem praefatam, nec decisionem Pauli Parisii, in consilio 26. num. 80. libro 3. prout hoc numero nouiter, & latius adnotatur, & Ludouici Molinae resolutio expenditur, atque declaratur.
- 84 Deinde & secundo, communem resolutionem Doctorum, quod decisio tex. in dict. cap. quando pactum, habeat locum, quando pater dotat filiam de suo, secus si dotaret eam de bonis filiae, puta de dote materna, sic intelligendam & declarandam, ut hoc numero adnotatur.
- 85 Praeterea & tertio loco, minime etiam obtinere ea, quae cum alijs authoribus scripta reliquit Marcus Antonius Eugenius, in cons. 28. num. 37. & 38. libro primo, quando ex aliqua iusta causa renunciatio iurata facta fuisset, ut nouiter & vere hic obseruatur.
- 86 Quarto etiam loco, superius dicta de renunciatione iuris quasi, & hereditatis iam delata in fauorem fratris, aut patru, vel alterius personae facta, minime etiam obtinere, quando renunciatio ex aliqua necessaria, aut utili, vel pia causa fieret, uelut maioratus instituere, aut etiam factus augetur.
- Tunc enim renunciatio ualebit, nec etiam propter enormissimam lesionem infringi poterit, modo renunciatio dotem congruam acceperit, vel aliunde habeat unde se honeste alere possit, ut latius hic explicatur.
- 87 Et Hippol. Riminaldi sententia, in consil. 228. lib. 2. singulariter, & noue ponderatur.
- 88 Tertius & ultimus casus sit, quando filia cum iuramento hereditati paterna renunciauit, & pater tunc dedit dotem, quae succedit loco legitima, vel nullam dotem dedit, aut incongruam: quo casu nec ratione enormissimae lesionis, renunciatio infringi potest.
- 89 Sed eo modo agendum est, quo ad notatur hoc numero.
- 90 Renunciationes generales cuiuscumque lesionis, vel alterius remedii, aut remediorum omnium in genere, cum à minore, vel maiore adiunguntur, quae debeant praeculis haberi.
- 91 Summaria traditur, ac breuis, & uera resolutio eorum omnium, quae supra ex numer. 50. diffuse, & late agitata fuere.

Authent. sacramenta pu-
berum. C. si aduersus vē-
dit. & c. quauis pactū,
de pactis in 6. decis. & materia
exornata, atque declarata nō nul-
lis, quæ vltissima sunt & quoti-
diana, & ab authore hoc loco di-
lucide atque distincte explicata,
alijsq; omisis consulto (quoniā
ab instituto, & conditione autho-
ris transcribendi vitium, multū
abhorret) id præcipue tractatū,
vtrum inquam contractus à mi-
nore cum iure iurādo gestus, aut
renūciatio facta patri, vel fratri-
bus per filiam, dum nuptui, aut
monasterio tradebatur in amplif-
sima forma, ac etiam cū iuramen-
to, prætextu enormis, aut enor-
missimæ læsionis, siue ob defe-
ctum certiorationis beneficij cō-
petentis retractari, & rescindi
debeat: quam plurimorum sentē-
tiæ, & resolutiones ibidem con-
gestæ, & sic distinctæ compositæ,
vt in futurum certa præfatorum
dubiorum resolutio haberi pos-
sit, quæ confusse quidem, atque
intricate explicabantur ab alijs,
nec absque ingenti studio, ori-
ginalique scribentium omnium
lectura deduci potuissent.

Caput secundum.

Singularis extat in iure
nostro Imperatorū cō-
stitutio, & quæ ita fre-
quenter occurrere, at-
que allegari solet, vt
nulla equidem frequen-
tior, aut in multis causis quotidie occur-

rentibus, magis cōducibilis, & necessa-
ria sit, quamobrem non absq; maxima
vtilitate futurum ego iudicaueram, si
omissa huiusce rei latiori altercatione
(quam plures enim ex professo latissi-
meque tractarunt) dumtaxat hoc loco,
in vnum recenserem authores nonnul-
los, qui si in proposito prælegantur at-
tente, nihil ad materiam hanc pertinens
remahebit intactum, ac etiam aliqua
(quæ ipsimet non satis distincte nec ab-
solute explicarunt) sic dilucide adnota-
rem, ordineque composita relinquerē,
vt ex ipsis, cum occasio se offerat, faci-
le possit lector, non solum eorum, sed
& aliorum multorum verā resolutio-
nem deducere, quam vere loquēdo (vt
& antea dicebam) subobsure, & intri-
cate scriptores nostri tradiderunt, & ad
rem accedendo, vt distincte proceda-
mus, & ab exordio siue principio rem
assumamus, constituere imprimis ne-
cessarium erit, singularem esse (vt dixi)
Imperatorum constitutionem, quæ ha-
betur in authent. sacramenta puberum
C. si aduersus vendit. ex illaque, tā ibi-
dem, quam mille in alijs locis vnanimi-
ter doctores deduxisse, quod minor iu-
rans contractum à se gestum, censeretur
quodammodo, aut perfictione maior,
vnde aduersus contractum venire, aut
in integrum restitui non potest, sed ad
ipius obseruantiam præcise adstringi-
tur. Quod procedit, quocunque modo
minor contrahat, & quauis contraxe-
rit sine curatore, quem habebat, aut si-
ne decreto super re immobili, vel cum
alijs contractus esset nullus: idque iux-
ta veriore, & communiorem intelle-
ctum ad tex. in d. authent. sacramenta pu-
berum, quem magis communiter pro-
barunt scribentes, vt constat ex his au-
thoribus, qui mox referentur, & confir-
mat l. 6. titul. 19. partita 6. & l. 16. in prin-
cipio, titul. 11. partit. 3. inter alios tamen
pro absoluta huiusce materiæ explica-
tione, vltra ordinarios, & antiquos ibi,
videndi erunt ex proposito, Ioānes Gu-
tierrez, in repetit. ad text. in d. authent.
sacramenta puberum, vbi latissime, &
vide

vide ex numer. 9. ubi bene differit, quid text. in d. authent. addiderit textui, in l. prima, eiusdem tituli, agitque de intellectu Martini ex num. 10. cum sequentibus, & latius Caldas Pereira, quæ statim referam, Gregorius Lopez, in d. l. 6. tit. 19. partit. 6. verbo, *Mayor de ca- torze años*, & verbo, *Iurasse*. Anton. Gometius, tom. 2. variarum, cap. 14. de restitutione minorum, ex numer. 18. cum sequentibus. Antonius Gabriel, communium opinio. titulo de minoribus, cõclus. 5. Hippolytus, singulari 299. Capela Tholosana, quæstione. 45. & 49. Rolandus, in consil. 59. numer. 5. & 6. libro primo. Iacobus Mandellus de Alua, in consil. 11. numer. 4. & in cons. 651. numer. 4. & in consil. 734. num. 18. Burgos de Paz, in consil. 3. ex num. 15. cum multis sequentibus, & in consilio 28. ex numero 11. cum sequentibus. Ioannes Mauricius Dolanus, in tractatu de in- integrum restitutione. c. 12. & cap. 118. & sequentibus. Paulus Parisius, in consil. 97. ex numero primo, cū multis sequen- tibus, libro primo. Sfortia Oddi, deinde integrū restitutione, prima parte, quæ- stione 26. articul. 6. & 7. Afflictis, deci- sione 322. Parladorus, rerum quotidiana- rum, libro 2. cap. 4. per totum, Men- chaca, de successione creat. lib. primo. §. 10. numero 648. Andreas Gaill, practi- carum obseruationum, libro 2. obserua- tione 41. ex numero 6. & numero 12. & obseruatione 65. ex numero 5. cum se- quentibus, Molina, de Hispan. primog. lib. 2. cap. 3. ex num. 14. Ioannes Cœpha- lus, in consilio 403. ex numero 24. cum sequentibus, libro 3. & in consil. 334. ex numero 5. eodem lib. Hieron. Gabriel, in consil. 127. num. 8. libro primo. Fran- ciscus Beccius, in consilio 58. ex numer. 6. cum sequentibus, & in consilio 100. numero 9. libro primo. Franc. Viui. cõ- clus. 221. libro primo, receptar. senten. Seraphinus, de priuilegijs iuramenti, priuilegio 83. Galdas Peteira, in l. si cu- ratorem habens. C. de in integrum resti- tut. ex numero 2. vsque ad numerū 10. sub verbo, *Minoribus*, ubi etiam agit de

intellectu. d. l. primæ, & d. authent. sacra- menta puberum. C. si aduersus vendit. & de contrarietate Martini, & vulgari circa intellectum eorum iurium. Mar- cus Antonius Eugenius, in consil. 3. ex numero 6. cum pluribus sequentibus, li- bro primo, qui ex num. 14. cum sequen- tibus, plures declarationes adducit ad doctrinam suprascriptam, quod scilicet contractus etiam nullus, iure iurando cõfirmetur. Borgninus Caualcamus, de tutore & curatore, numero 168. & de- cisione 30. numero 11. Ioannes Bota, in consilio 51. ex numer. 13. cum multis se- quentibus, ubi copiose loquitur Iose- phus Ludouicus, decisione Perusina 18. ex numero 50. & numero 70. Octa- uius Simoncellus, de decretis, lib. 3. tit. 8. inspectione 18. numero 133. cum infi- nitis sequentibus, folio mihi 443. & se- quentibus. Brunorus à Sole, quæstione 22. per totam. Hippol. Riminald. in cõsi- lio 228. numero 18. libro 2. latius in cõ- silio quinto, per totū, libro primo. Gra- cianus, regula prima, numer. 4. & 5. An- ton. Galeat. Maluas. in consilio 65. volu- mine primo. Fabius Turretus, in cons. 40. per totum, libro primo. Ioãnes Vin- centius Hondedei, in consilio 42. ex nu- mero 9. cum multis sequentibus, & in consilio 18. ex numero 58. libro primo. Achilles Pedrocha, in cõsilio 26. à prin- cipio. Azeuedus, in l. 6. tit. 10. libro 9. recopillat. Pater Thomas Sanchez, de sponsalibus, libro 6. disputatione 38. nu- mero 14. & 15. qui omnes (vt dixi) latif- sime, atque ex professo loquuntur, & omnia ad materiam d. authent. sacramé- ta puberum, pertinentia, copiose decla- rant, nihilominus tamen ad nõnulla eo- rum, quæ ipsimet scripta reliquerunt, plenius attingere, & dilucide magis ea- dem declarare necessarium erit.

4 Et in primis aduertere, quod textus, in d. authent. sacramenta puberum. C. si aduersus vendit. locum obtinet in omni contractu, atque dispositione minoris, & etiam in donatione, quæ à minore fa- cta cum iuramento cõfirmatur, & val- lidissima reputatur, vt probarūt Docto- res

res communiter in d. authen. sacramēta puberum, post glossam ibi, verbo cōtractibus. Baldus, col. fin. versiculo ulterius quæritur. Corneum, Curtium Iuniolem, & alios repetentes. Decius dicens communem, & alios allegans, in consilio. 180. 181. & 232. columna 2. Ripa, de donationibus, respōso. 15. in principio, attestās pariter de communi opinione. Hippol. Riminald. in principio institut. quib. alien. lic. vel non numero 208. & eodem titulo. §. 2. numero. 24. Anton. Gabriel. commun. conclus. lib. 2. titul. de minoribus, conclusione 5. numero. 5. ubi infinitos authores congerit, & de communi pariter attestatur. Hieronymus Gabriel, in consil. 127. numero. 8. Ioannes Cœphalus, in consil. 334. ex num. 3. cum sequentibus. lib. 3. Aldobrādinus, in consil. 26. numero. 37. Burgos de Paz, in consilio 3. num. 16. Marcus Antonius Eugenius, in consilio 3. ex numero 7. vsque ad numerum 14. & in consilio 28. numero. 14. 15. & 16. libro primo Ioannes Vincentius Hondedei, quem vide omnino, quia multos authores citat, & quorundam authoritates in contrariū ex professo, atque erudite declarat, in consil. 42. numero. 9. & numero. 16. & numero. 19. & tribus sequētibus, libro primo. Antoninus Tesauro, decisio. Pedemontana 66. quavis ergo donatio a minore facta, sit ipso iure nulla. l. final. §. cum autē. C. si maior fact. alienat. rat. habue. nec consensu curatoris, & iudicis decreto confirmetur. Baldus, in l. 1. C. si aduersus donationem. Castrensis. in l. 2. C. eodem, Bartol. Bald. Salicet. & omnes communiter in d. l. fin. Roland. in consil. 54. numero 29. libro 2. & post alios multos. Octavius Simoncellus, de decretis, libro primo, titulo 2. de dona. inspectione prima, numero primo, & numero. 14. Marcus Antonius Eugenius, dict. consil. 3. numero primo, & 2. Ioannes Vincentius Hondedei, dict. consil. 42. numero primo, & 2. & 19. accedentamen iuramento cōfirmatur (vt dixi) & validissima reputatur, vt ipsimet authores latius ostendunt, qui tamē, li

6 cet in donatione non cadere, nec considerari posse læsionem, unanimiter dixerint: statim quidem dubitant, vtum ob enormem, aut enormissimam læsionem in donatione ipsa contingentem, restitui debeat minor iuramento non obstante, in quo dubio diuersæ fuerunt, & contrariæ scribentium sententiæ: alij nāque indistincte arbitrantur in cōtractu donationis, læsionem considerabilem non esse, vt modo dixi: alij vero etiam in donatione, læsionem adeo grauem attendendam affirmant: alij vero distinguūt, an donatio pura & mera, atque ex libera, omninoque spontanea voluntate proueniens sit, & non respectiua ad aliquid; vt eo casu restitutio non concedatur, quoniam tunc in donatione considerari non potest læsio, secus tamen si respectiua fuerit, aut aliqua ratione facta, tunc namque, si ratione aut respectu ob quem donationem factam fuisse apparet inspecto, enormis, aut enormissima læsio resultet, restitutionem concedūt, sicut in alijs contractibus respectiuis, quoniam eo casu, non dicitur absolute donatio, ac denique alij authores distinguunt, an donatio certæ rei, aut quantitatis fuerit, & donans habuerit, necne certam sciētiam rei, aut iuris donati? an vero certæ rei, aut quantitatis, vel iuris non fuerit, vt primo casu, nullo modo etiam ob enormissimam læsionem, restitutioni locus sit? secundo vero, quod restitutio debeat concedi: de his autem opinionibus, & præfati dubij resolutione veriori, consulendi sunt, cū casus se offerat (alijs multis omissis) Sfortia Oddi, in tractatu de in integrum restitutione minorum, parte. 2. quæst. 32. Simocellus, de decretis libro primo, titulo 2. inspectione 3. numero 27. folio mihi 162. Franciscus Beccius, in consil. 58. numero 6. & sequentibus. Cœphalus, in consil. 134. ex numero 3. cum sequentibus, libro primo. Hieronym. Gabriel, in consil. 127. numero 29. Vincentius de Franchis, decisione 119. numero 12. Antoninus Tesauro, decisione Pedemontana 66. per totā, vbi vide omnino.

Ioannes Mauricius Dolanus, in tractatu de in integrum restitutione, cap. 132. fol. mihi 149. Ioannes Vincentius Hondedei, & Marcus Antonius Eugenius (quos inter alios magis cōmendo) ille in cons. 42. ex nu. 23. vsq; ad numerū 35. libro primo, iste in consilio 3. ex numero 41. vsq; ad numerum 65. & in consil. 28. numero 14. 15. 16. 72 & 73. quibus iunge Bonifacium Rugerium, in cons. 16. numer. 130. & sequētibus, libro primo, qui (si attente perpendatur) videtur in omnibus Hondedei resolutioni accedere (quanuis vnus alterius mentionem non faciat) considerandum enim multū obseruat, an de expressa donatione agatur, aut si in claris, quod donatio confici voluerit, an verò in casu respectiuitatis versetur, addit tamen nu. 134. quod læsio enormissima, etiā in donatione fraudē arguit, & citat Corneū, Castrensem, Ripam, Curtiū Iuniorem, Ruinū, & Cœphalum sic tenentes, iunge etiam Burgos de Paz, in cons. 3. nu. 34. & seq. vbi agit, an minor ex causa remunerationis donare possit, & tunc, an læsio cōsiderari valeat ad effectum restitutionis in integrum petēdæ, iutamēto interueniente, vel non, Molinam etiam, de Hispan. primog. lib. 2. capit. 3. numer. 30. 31. & 32. & 33. vbi optime de donatione iurata facta à minore ex causa iusta, ac honesta, & de intellectu tituli. C. si aduersus donationē, & vide eundem, numero 21. & 24. Acchil. Pedrocham, in consil. 35. ex numer. 109. lib. 1. Siluestrum Aldobrādinum, in cons. 75. ex nu. 20. cum sequentibus, vbi de donatione ob causam iurata, facta à minore.

7 Deinde & secundo, tractarunt authore prædicti, an iuramenti relaxatio à minore petita, tantū sibi opitulari debeat, vt per iurus non dicatur, nō autē, vt ius partis lædere possit, siue quid relaxatio huiusmodi operari debeat, de quo vide omnino Anton. Gomet. tom. 2. variarū cap. 14. nu. 21. Ioannē Gutierrez, in d. authent. sacramenta puberū, nu. 20. 21. & 22. & vltra relatos ab eis, Parisium, in cons. 43. ex nu. 15. cū pluribus sequenti-

bus, lib. 1. Rolandum, in cons. 34. ex numer. 6. cū multis sequentibus, lib. 1. Hieronymum Gabrielem, in cons. 127. nu. 33. lib. 1. Borninum Caualcum, decis. 9. nu. 25. & seq. vbi plura de iuramenti relaxatione, & de effectibus illius Francum Beccium, in cons. 63. per totū lib. 1. vbi late, & erudite de omnibus prædictis. Ioannē Botam, in cons. 51. ex num. 21. cū sequētibus, lib. 1. Menochium, in cons. 24. ex nu. 11. cum seq. lib. 1. Fabiū turrem in cons. 40. ex nu. 5. cum sequentibus. Achilles Pedrocha, in cons. 35. ex nu. 87. vsq; ad numer. 103. & dubiū præfatū procedit in multis casibus, ab eisdē adductis, vel quādo verba cōtractus sic se habent, vt ius partis in ambiguo sit, an lædi possit, vel nō, in alio vero casu, quādo scilicet enormis adest, vel enormissima læsio, quid iuris sit statuendū, statim dicitur.

8 Tractarunt præterea, & tertio loco, ijdēmet authores, vtrū minor nō certioratus de beneficio restitutionis in integrum iurans cōtractum, excludatur à prædicto beneficio; & consequenter, an iuramentum nocere debeat ipsi minori, si de beneficio restitutionis nō certioratur, quo in dubio, adeo pugnāt inter se interpretes nostri, vt vix dignoscī possit, vtraharū opinionū crebrior sit, aut verior, vt affirmat Pedrocha, in cons. 26. n. 9. id circo, vt id intrepide deduci, atque probari posset, necesse fuit sequētes authores originaliter, & attēte prælegere. Bartol. in quā, Bald. Alex. Salicet. Iasonem, Curt. Iunio. & alios repetentes. in d. authent. sacramenta puberum, vbi Ioannes Cutierrez, ex nu. 113. vsque ad nu. 117. Tiraquel. Anton. Gometi Padillam, Pinelū, & Mathien. cū, quos ipse retulit. Socinum Iuniore, in cons. 48. sub nu. 35. cū sequentibus, lib. 1. Mohedan. decis. 209. & 276. Frāc. Marca. decis. 51. num. 11. in 2. parte. Paulum Parisium, in cons. 31. num. 14. & 15. lib. 1. Iacobum Mandellum de Alua, in consil. 751. num. 12. Andream Gaill, practicarum obseruationum, libr. 2. obseruatione 41. per totam. Bursatū, in cons. 16.

nu. 37. volumine primo, & in cons. 248. numero 19. libro 3. & in consilio 339. numero 40. eod. lib. Tiberium Decianum in consil. 39. numer. 75. libro primo, Seraphinum de priuileg. iuramenti, priuilegio 63. & 99. Hippol. Rimin. in consil. 215. nu. 12. lib. 4. Ioan. Mauriciū Dolan. in tractatu de in integrum restitutione c. 113. per totum Octauium Simoncellū, de decretis lib. 3. tit. 8. inspection. 18. nu. 159. fol. 455. Fauuū Turretū, in cons. 41. ex nu. 2. Achil. Pedrocham, dict. cons. 26. ex nu. 8. vsq; ad num. 23. Brunorum à Sole q. 22. Hieronymū de Zauallos (qui prædictos nō refert) practicarū cōmun. cōtra communes. q. 723. ex quibus apparet duas esse, & omnino cōtrarias in proposito dubio sentētiās. Dinus namq; & cū eo quāplurimi alij, quos referūt Ioan. Gutier. in d. authen. sacramēta puberū, num. 113. latius Zauallos, vbi supra nu. 4. Pedrocha. d. cons. 26. nu. 9. & numer. 17. constanter affirmāt, iuramentū non debere nocere minori, qui de beneficio restitutionis certioratus nō fuit: & consequenter minorem ipsum, necessario certiorādū de beneficio restitutionis sibi cōpetenti, aliās iuramentū non supplere certiorationis defectū: & veriorē, atque magis cōmunem opinionē dicit ipse Pedrocha, dict. num. 17. qui ex

10 nu. 10. eiusdem opinionis fundamenta & rationes expendit. Mauricius etiam, Gail, Ioannes Gutierrez, & Zauallos in locis antea relatis, omnes rationes cōgesserunt, quibus Dini sequaces præcipue adduci solent.

11 Bartolus tamē, & cū eo infiniti alij, quos Simōcellus, vbi supra d. nu. 159. & superiores cōmemorarunt, in cōtraria sententia fuit, videlicet, quod minor iurans non contrauenire cōtractui etiam non certioratus, excludatur à beneficio restitutionis, iuramentū namque, tanti roboris est, & efficacix, vt in genere præsumi debeat iurantē de quocunque remedio, etiam implicite cogitasse, habet etiam vim specialis cōsensūs, & renūciationis specificæ, virtutemque expressę & enixę voluntatis inducit, &

Bartoli sententiam, post Salicetum, Castrensem, Iasonem, Angelum, Fulgosium, Alexandrum, Romanum, Cagnolium, Pinelum, Archidiaconum, Abbatem, Imolam, Baruat. Bald Socin. Parisium, Neuizan. Cephalum, Hieronymū Gabrielem, Bauer. Tiraquel. Anto. Gomet. Anton. Gabriel. & alios, veriorē & cōmuniorem dicunt Mauricius, Simoncellus, & alij ex relatis supra. Andreas Gail, dicta obseruatione 41. nu. 4. in fin. qui firmat hanc opinionem in camera Imperiali approbatam, & seruandam in praxi, & esse communem, & magis communem, contra Dinū dixit Fauuius Turretus. d. cons. 41. nu. 4. & receptam semper in iudicando, & consulendo, nec vnquam de ipsa dubitari, asserit Zauallos, dicta quæstion. 723. in finalibus verbis. Ioannes Gutierrez, vbi supra, qui nu. 115. in eandē sententiam optime ponderat l. 16. in principio, ut. 11. par. 3. & dictam l. 6. titul. 19. partit. 6. quę verē ponderatæ, hanc partem probant aperte, nec vllō pacto cauillari possunt, dicūt enim expressim, minorē propter iuramentum excludi à beneficio restitutionis in integrū, nec requirunt, quod minor de beneficio illo sibi cōpetenti certioratus fuerit, siue de certioratione huiusmodi nullā mentionē faciunt, quæ si necessaria fuisset, credendum nō est, quod omitteretur ibi, imo potius cōsulto omissam dicendū est, vt eius legis cōditores, aut partitarū cōpillatores, Bartoli sententiā probarēt, quæ & de iure cōmuni verior erat, vtpote cū apud Iure cōsultos, nec Imperatores, nusquā cautū esset, quod minor deberet de beneficio restitutionis certiorari, sed dictū dū taxat, quod contractus iuratus valeret omnino, vt in d. authen. sacramēta puberum, videre licet, & in c. quāuis pactū, de pactis in 6. quod nō alia ratione prætermissum dici potest in eisdem, & alijs iuribus, quā quod iuramentum interueniens, omnia alia requisita, aut defectus omnes alios suppleret.

Et retenta Bartoli opinione (quæ verior est) Dini & sequacium rationibus,

& fundamētis, facile reſpōdere poterit vnusquifq; qui Bartoli, & ſequaciū rationes perpēdat mature, ex illis namq; cōtrariā partis argumēta omnia dilluūtur, & in terminis reſpōderi poterit illis, prout Gail dicta obſeruat. 41. Mauricius, dict. c. 113. & Ioānes Gutierrez, vbi ſupra reſpondēt, qui tamē, & alij plures ex relatis ſupra, poſt Bartol. & ordinarios, in d. authen. ſacramenta puberū, ad vitandas omnes difficultates, dicunt eſſe bonā cautelam, quod minor certioretur de reſtitutionis beneficio ſibi cōpetenti: ſi tamen certioratus non fuerit, id minime nocebit, ſi contractus iuratus fuerit, vt ipſimet authores defendunt.

12 Denique & quarto loco, tractarunt ſcribentes communiter, vtrum ne poſſit minor enormiter, aut enormiſſime læſus, in integrum reſtitui aduerſus cōtractum iuramento firmatum, & relaxationem ab eo impetrare? & quidem circa hoc dubium, quod (vt mea fert opinio) non ſatis diſtincte vel absolute explicatur ab alijs, neceſſe fuit ante omnia ſæpè euoluere, atque originaliter prælegere authores ſequentes, & alios conſulto dixi hic prætermittēdos, quoniam à recētiore citantur. Ioannem Gutierrez, in d. authen. ſacramenta puberū, ex numero 92. vſque ad numerum 103. quo loco retulit ipſe Alciatum, Socinū Iuniorē, Curtium Iuniorē, Decium, Afflitis, Gregorium Lopez, Couar. Padill. Burgos de Paze, Pinelum, & nonnullos alios, Gratum, in conſ. 88. ex num. 3. cum ſequentibus, libro primo. Rolandum, in conſil. 7. ex num. 43. cum multis ſequentibus, lib. 3. & in conſ. 59. num. 27. lib. 1. & in conſilio 60. numero 68. libro 4. Cephalum, in conſilio 207. numero 74. & ſequentibus, lib. 2. Menchacam, de ſucceſſio. reſolut. libro 3. ad l. ſi quis in ſuo. §. legis, numer. 32. C. de inofficioſo teſtamento. Antonū Gabrielem, cōmu. conſuſſionum, tit. de iure dotium, concl. 1. num. 8. & 9. Capicium, deciſ. 159. ex num. 23. cum ſequentibus. Anton. Gomet. tomo 2. variarum, cap. 14. num. 20. Burſat. in conſil. 75. in principio, lib. 1. Hippol.

Rimin. in conſ. 247. ex num. 58. cum ſequentibus, lib. 3. Borgninum Caualcantū, de tutore & curat. num. 141. folio mihi 85. Iacob. Mendel. de Alua, in conſ. 198. num. 24. Pancirolum, in conſil. 1. Seraphinum, de priuilegijs iuramenti, priuilegio 136. Gracianum, regul. 1. numer. 4. Ioannem Vincentium Hondedei, in cōſil. 18. ex numer. 58. & in conſ. 5. num. 118. & ſequentibus, lib. 1. Achil. Pedrochā, in conſ. 26. ex numero primo vſque ad 8. & in conſil. 39. numer. 76. Cald. Pereiram, in l. ſi curatorē habens, verbo, læſis, numer. 1. per totum, vbi vide omnino, quia copioſe loquitur, Andreā Fachineum, controuerſiarum iuris, lib. 3. c. 14. per totum, folio mihi 298.

13 Ex his autē, ſequentia conſtitui, atque obſeruari poſſunt, quæ magis communiter probātur, imprimis, diuerſimode, & varie ſe habuiſſe DD. quatenus in propoſito explicare curarūt, quæ diceretur enormis, aut enormiſſima læſio, id quod ex referēdis ſtatim ſatis aperte cōſtabit, obtinuiſſe tamē ſententiā eorū, qui totū hoc iudicis arbitrio relinquendū dixerūt, vt cū Abbate, Anton. Burgen. Ioan. Andrea, Hippol. Socin. Couar. Menochio, Corneo, Pariſ. Anton. Gabriele, Rolan. Grato, & Burſat. probauit Caldas Pereira, in d. l. ſi curatorē habens, dicto verbo, læſis, num. 1. col. 2. verſic. ſed verior in hoc ſententia, & vltra relatos ab eo, Azebed. in l. 4. tit. 21. numer. 139. & numer. 142. libro 4. Recopil. Molina, de Hiſpanorum primogenijs, lib. 2. cap. 3. nu. 18. in fine, qui in terminis cap. quauis pactum, de pactis, in 6. vt explicaret, quæ diceretur enormiſſima læſio, dicit verius eſſe, quod totū hoc iudicis arbitrio committendū ſit. Marcus Antonius Eugenius, in cōſ. 28. nu. 39. 40. & 41. lib. primo, nouiſſime Georgius de Cabedo, deciſione Luſitanæ 70. numer. 1. & 2.

14 Ioannes Mauricius Dolanus, qui rē hęc mature percipit, & diſſoluit, & in tractatu, de inintegrū reſtitutione. c. 124. folio mihi 150. & 151. in eo dubio cōſtitutus, quid ſpectādū ſit, vt habeatur cognitio enormis, ſeu enormiſſimę læſionis, imprimis

primis obseruat, variam fuisse in proposito scribentium sententiam, & Cornei resolutionem, in cōs. 62. volum. 3. adducit, de mū (& vere quidē atq; erudite cōstituit) quod ad indagatiōē enormis, & enormissimæ læsionis, & veram eius cognitiōē, inspicere debet personæ restitutionem petētis qualitas, vt iuxta eius paupertatem, aut diuitias negotiū metiamur, inspicere etiā debet res, cuius est cōtrouersia, & omnia, quæ in proposito ferri possent exēpla, non esse necessaria inquit, sed secundū casuū contingentia esse cōsiderabilia, ita vt ad elucidatiōē læsionis enormis & enormissimæ, plurimū conferat iudicis arbitriū, quod ego iudico verissimū, & in proposito nihil securius tradi posse arbitror, quāuis nō ignorē, læsionē apud alios authores diuersimode considerari, primo modo, quādo scilicet enormis est, & hæc secundum ipsos, si in tertia parte dānum sit verificatur, vel secundum alios si in sexta parte, vt per Bartol. & DD. in l. societas. §. arbitrorum, per illum text. iuncto text. in l. vnde si neruæ, cum ibi notatis. ff. pro Socio. per Decium, in cōs. 39. numero 7. Cumanum, in consilio 50. alia & secundæ læsionis species est illa, quæ enormior dici debet, sed tamē dimidiam excedit, vt per Iasonem, in cōs. 55. col. 2. volum. 1. per Bellameram, in cōs. 24. col. 4. Curtium Iuniorem, in cōsilio 141. colum. 3. denique tertia læsionis species est, quæ enormissima communiter denominatur, & hæc nedū eo casu verificatur, quando in toto est læsio, verū etiam, quando dimidiæ partis terminos multū excedit, vt per Couar. in c. quāuis pactum, de pactis in 6. in 3. p. §. 4. numer. 5. vbi multos citat, & in specie Craueta, in cōs. 192. num. 6. cum alijs multis, quos citat, & superiorem distinctionem sequitur Bonifacius Rugar. in cōs. 16. numer. 47. & sequentibus, & in cōs. 37. numero primo, libro primo, vbi dicit superiorem doctrinam ad præciosos, clarosque terminos redigisse Corneum, in cōs. 133. numero 8. in fine, volumine 3. vt scilicet enormissima læsio di-

ci debeat, quando ad damni tres partes peruenit, vt si rei pretium de quadringentis esset, & solum modo centū data essent, vel si filia quatuor mille debebatur, & mille solum modo data essent, prout idem Corneus, in consil. 214. num. 4. volum. 3. in filia à patre in sola quarta parte illius, quod consequi poterat dotata respondit, & in consil. 27. numer. 5. volumine 4. cui opinioni (dicit ipse Rugarus) enormis & enormioris terminos recte distinguenti, proculdubio inharēdum est, & videtur sequi Ioseph. Ludouicus, decision. Perusina 18. num. 62. addiderim ego præfatam distinctionē mihi nō displicere, probabilē potius, & iuridicā videri, semper tamen in eo insistere, vt exemplis nōnullis adductis, siue generali aliqua regula, aut aliquibus regulis propositis, vel doctrinis quibuscunq; consideratis, re hanc congrue definire non posse existimem, sed ad boni discretique iudicis arbitriū confugere, siue totum hoc remittere, securius esse (vt supradixi) ac etiam congruentius in nāq; personarū qualitatibus, atq; actuū causarūque occurrētium circūstantijs inspectis, & dictis testiū pensatis, atque exquisitis, facile diiudicare poterit, quæ, qualis ve fuerit, an enormis, vel enormissima læsio contingens.

Deinde & secundo, in eadē questione cōstituo, negari nō posse, quin in dubio proposito supra, num. 12. maximus sit doctorū cōflictus, idq; propter multas rationes, quæ hincinde considerātur, & ab interpretibus pro vtraque parte passim adducuntur, quod alijs omisis constat aperte, ex his quæ Burgos de Pace, in cōs. 3. n. 20. & n. 29. scripta reliquit, vbi refert quā plures authores tenentes, & dicētes cōmunē opinionē esse, quod rex. in d. authen. sacramēta puberū, procedit etiā data enormi atque enormissima læsione, quā sententiā defendit ipse ibi, numeris antea relatis, & sequentibus, postmodū vero assertione reuocata, contrarium substituit in consilio 28. num. 11. & 16. & 21. dicens, quod secundū magis communem sententiam text. in

Quotidian. controuers. iuris.

dicta authent. sacramenta puberum, nō procedit data enormissima læsione, & quod secundū hanc sententiā quotidie in Pinciano regio prætorio iudicatur, & quod habet maximā æquitatē, id ipsum etiā, & de præfato conflictu, atq; diuersitate rationū in eodē dubio constat ex his, quæ ipsemet Burgos de Pace, in cōf. 5. nu. 7. annotauit, itē ex his, quæ in proposito scripserunt Socinus Iunior, in conf. 67. prima præsentis, ex num. 22. cum sequentibus, lib. 2. Rubeus, in cōf. 12. nu. 16. & 18. Parisius, in cōf. 96. ex nu. 65. cum seq. lib. 1. Pancirolus, in conf. 1. Cephalus, in cōf. 207. nu. 74. & seq. lib. 2. Port. Imilen. in conf. 101. nu. 33. & seq. Hippol. Riminal. in conf. 5. ex nu. 118. lib. 1. Simon. de decret. lib. 3. tit. 8 inspect. 18 nu. 215 & seq. Andreas Fachin. controuersiarum iuris, lib. 2. cap. 14.

17 Tertio cōstituo, authores nōnullos in præfato dubio nō dubitasse asserere, ob læsionē quācunq; etiā enormissimā, minorem non restituendum ad contractum iuramento confirmatum, vt in terminis tenēt plures DD. relati per Iasonem, in d. authent. sacramenta puberū, num. 43. & sequētibus, per Couar. in c. quanuis pactum, de pactis in 6. in 3. parte relectionis. §. 4. num. 3. colum. 3. per Burgos de Pace, dict. consilio 3. nu. 20. vbi adducit rationes præcipuas, quibus huius opinionis sequaces adduci solēt, præcipue, de quibus abunde per Alexandrum, in conf. 42. super præmissis, col. penul. lib. 1. & in conf. 125. visis & consideratis, col. ante penul. lib. 1. & in consilio 222. col. 2. lib. 2. & in consilio 53. col. 6. lib. 3. ac denique per Marcum Antoniū Eugeniū, in conf. 28. numer. 20. & 21. libro primo, cum alijs allegatis per Anton. Gabriel. cuius ipse Eugenius mentionem fecit d. nu. 21.

18 Contrariū tamen, & in nostris proprijs terminis magis cōmuniter (& verius quidē) probasse scribētes, per multos varijs in locis, qui data enormissima læsione, nō procedere decisionē tex. in d. authent. sacramenta puberum, constāter & secure defendūt, horum numero

fuerūt Anton. Ancharran. Calderinus, Cumanus, Abbas, Castrēsis, Barba. Corneus, Socinus, Alexand. sibi cōtrarius, Iason, Decius, Curtius Iun. Casan Parisius, Ripa, & Rolan. quos congestit, & sic resoluit Burgos de Paz, in cōf. 28. nu. 16. Ioan. Gutierrez, Molina, Caldas Pereira, Frācisus Bursat. Hippol. Riminal. relati supra, nu. 12. qui infinitos alios cōmemorarunt. Marcus Antonius Eugeniū, in cōf. 28. nu. 42. lib. 1. qui vltra relatos supra. Cœpolam, Cephalū, Cagnolum, Port. Imol Anton. Gabriel, & Simoncellum retulit, qui omnes cū alijs quā plurimis, posteriōrē hanc sententiā amplexi sunt. Marzarius etiam, in cōf. 20. num. 24. in fine cum seq. qui de frequentiori opinione Canonistarū, & legistarum fidem facit. Albanus cōf. 89. num. 6. Afflictis, decision. 322. sub num. 8. cū seq. & in fine inquit, quod ita per omnes consiliarios votatū fuit. Achil. Pedrocha, qui etiā multos in idem recēset, in consil. 26. num. 2. & num. 3. & 4. & in fortioribus terminis, videlicet in enormi læsione, defendunt & alij per multi, qui infra præcitabūtur, intrepide ergo tenenda erit hæc vltima sententiā, propter rationes & authoritates ipsorum Cephalū etiam, Riminal. & Port. Imol. in locis relatis supra. n. 16. in fine, qui rationes, & fundamenta contrariæ partis remouent, id circo satis putauit ad eos me referre hoc loco, nec in transcribēdis alienis scriptis amplius immorari, quoniā (vt ipsimet authores notarunt) text. in d. authent. sacramenta puberum. C. si aduersus vēditionem, non procedit extante dolo, ex cōmuni sententiā omniū scribentiū ibidē, sic vt in hoc nullus adhuc dissentiat, vnanimiter potius conueniant infiniti congesti à me supra ex num. 12. cum sequentibus. Decius, in consilio 180. numero 4. Iason, in consilio 133. columna 4. & 5. libro 4. Rolandus, in consilio 80. numer. 60. lib. 4. Nata, in conf. 658. num. 12. lib. 4. Burgos de Paz, in consilio 28. numero 14. Sed vbi cūq; in cōtractu adest enormissima læsio, ibi dicitur ad esse dolus præsump-

sumptus, siue re ipsa, & sic iuramēti vinculū nō obstat, & minor restitui debet, vt ultra relatos supra, sic in terminis obseruant, & post infinitos alios rationem hanc assignāt Iosephus Ludouicus, decis. Perusina 18. nu. 55. & 56. & nu. 63. & 70. qui alijs relatis obseruauit, dolū in enormissima læsione, non solū re ipsa, sed etiā ex proposito præsumi. Crauer. in conf. 42. nu. 28. subdens in minoribus ex enormissima læsione, sine dubio argui dolum ex proposito, cū facilius decipiatur, sequitur Alciatus, in tract. præsump. regul. 1. præsump. 42. Marcus Antonius Eugenius, in conf. 28. numer. 60. qui nu. 48. & num. 76. in omnibus generaliter, tā minoribus, quam maioribus cōstituit, ex enormissima læsione dolū resultantē, dolo ex proposito æquiparari. Sfortia Oddi, in conf. 37. nu. 58. lib. 1. Ioannes Vincentius Hondedei, in cōf. 18. num. 58. libro primo. Bonifacius Rugerius, in conf. 16. ex num. 55. & nu. 112. cum seq. lib. 1. inde fit, quod tutoris aut curatoris autoritas, decretū iudicis, & iuramentū operatur in dubio, secus quādo cōstat de enormissima læsione, tūc enim cōtractus à minore gesti firmitatē nō inducūt, ita Ripa, in responso 4. n. 15. Imol. in l. si quis cū aliter, in fin. ff. de verborū obligat. & cū alijs Ioseph. Ludouic. dicta decis. Perusina 18. nu. 72.

22 Præterea & quarto loco cōstituo, in proposito dubio distinguere nonnullos DD. inter enormē, atq; enormissimam læsionē; vt scilicet propter enormissimā cōcedatur restitutio iuramento nō obstatē, propter enormē vero denegatur, quæ distinctio aperte colligitur ex nonnullis ex his, quos superius adduxi, itē ex relatis per Couar. in d. c. quanuis pactū, in 3. p. §. 4. nu. 3. Pancirolū, in cōf. 1. Antonium Cabrielem, cōmun. concl. lib. 3. tit. de iure dotium. conclus. 1. nu. 8. & 9. & in terminis dictæ authent. sacramenta puberū, sic distinguere DD. & enormissimā læsionē ab enormi separare, affirmat Andreas Fachineus, cōtrouersiarū iuris, lib. 3. cap. 14. in principio,

23 folio mihi 310. alios vero authores, præ

fata distinctione nō admissa, indistincte probasse, quod minor quādo ex cōtractu est enormiter læsus, vel enormissime, restitui debet aduersus contractū, etiā iuramento munitū: & sic nullā differentiam constituendam inter enormē, atq; enormissimā læsionē arbitratur cōmuniter, qua in sententia firmiter insistit, quāuis præfatæ distinctionis doctorum mentionē nō faciat, nec dixerit, sic eos distinguere, Caldas Pereira, in d. l. si curatorē habens. d. verbo, *Læsis*, nu. 1. col. 2. in versic. quando igitur minor. & col. 3. in versiculo, præsumitur enim dolus, quibus in locis læsionē enormem, atq; enormissimam æquiparat quoad effectum prædictū, atq; idem ius in vtraque constituit. Pedrocha etiā, in cōf. 26. nu. 3. qui recte aduertit, quod pleriq; ex doctoribus loquuntur in terminis, quibus nō adest enormissima, sed tantū enormis læsio, & in eisdē terminis loquitur Hippol. Riminal. in conf. 228. nu. 36. & 50. lib. 2. qui cum alijs pluribus authoribus resoluit, decisionem tex. in dict. authent. sacramenta puberum, nō procedere data enormi læsione, sed eo casu minori restitutionem concedendam, idem etiā ruetur cōstanter Andreas Fachineus, libro 3. d. c. 14. affirmans minorē enormiter læsum, iuramento nō obstatē restitui debere, tuetur, & alij quā plurimi, mox referendi quorum omnium sententiæ, libenter ego me subscripserim, inter alias, ea præcipue excitatus ratione, quod fundamentū præcipuū doli præsumpti, siue re ipsa (quo in enormissima læsione adducti sunt doctores principaliter) sic equaliter militet in enormi, sicut in enormissima læsione, & per consequēs in vtraq; procedere nō debet d. authent. decisio. quod non male cōsiderarūt Caldas Pereir. Achil. Pedroch. Hipp. Riminal. & Andreas Fachin. vbi supra, quatenus dixerūt expressim, quod in enormi læsione dolus re ipsa interuenire censetur, & sic ea à iuramento videtur excepta, subdit Fachin. ipse, verissimū esse, iuramenta puberū esse inuiolabiter obseruanda, prout in d. authent. expressum est, sed

nō ideo in integrū restitutionem dene-
gari eisdē grauitē læsis, vt latius osten-
dit ibidē, & cōuenit Cagnolus, qui alios
refert, & in enormi læsione egregie hāc
opinionē defendit cōtra eos, qui cōtra-
riū tenent, in l. 2. nu. 98. cū sequentibus
C. de rescindenda vendit, Sfortia Oddi,
in cōs. 37. nu. 58. volum. 1. dicens, & mul-
torū allegatione cōprobans, quod quā-
do in contractu adest saltē enormis læ-
sio, ibi dicitur ad esse dolus præsump-
tus, si vere ipsa, sicut quando adest læsio
enormissima, quod etiā recte annota-
uit ipse, in tractatu, de restitutione in in-
tegrum, par. 1. q. 15. artic. 8. nu. 70. vbi di-
cit, quod dolus, qui in enormissima læ-
sione includitur, includitur etiā in enor-
mi simplici, secundū magis communē
sententiam, de qua dicit testari Aluar.
Cagnol. & Neuiz. ibi relatos. Andreas
Gail, qui etiā in enormi id ipsum profi-
teretur, pract. obseruat. lib. 2. obseruatio-
ne 77. nu. 12. Decius, in cōs. 180. num. 4.
5. & seq. Ripa, responso. 4. sub tit. de do-
nation. Matth. Gribal. in cōma. opin. in
verbo, læsio. Lauren. Rirchou. commu.
opinio. centur. 3. cōcl. 8. & centur. 4. cō-
clus. 5. vbi latissime Iason, in cōs. 133. col.
10. lib. 4. & in eisdem terminis enormis
scilicet læsionis loquētes, & minori ad-
uersus contractū iuramento vallatum
restitutionē concedētes, plene Capha-
lus, in conf. 107. ex nu. 74. lib. 2. Portius
Imolensis, in conf. 101. ex nu. 33. cum se-
quentibus, Marcus Antonius Eugenius,
in conf. 28. ex numer. 49. cum sequent.
lib. 1. vbi in enormi læsione cōstituit idē
ius, quod in enormissima, & refert Cas-
sador. in decision. vnica, sub titul. de em-
ptio. & vendit. attestantem, quod Rota,
quæ æquitati innititur, non curat de iu-
ramento in casu enormis, aut enormis-
simæ læsionis, quem etiam refert, & in
fortioribus terminis, nēpe, quando mi-
nor iurauit generaliter non contraue-
nire ratione minoris ætatis, vel alia qua-
cunque ratione, vel causa, sic defendit
Simoncellus, de decretis, lib. 3. tit. 8. inf-
pectione 18. numer. 229. & 231. & 232.
& 233. in fin. folio mihi 485. 486. & 487.

dicens, quod quando enormis læsio in-
teruenit, minor contrauenire potest iu-
ramento non obstātibus clausulis præ-
dictis, & refert quā plurimos alios, in ca-
su enormis læsionis sic tenētes. Hippo.
Rimin. alijs in locis, vltra locū relatum
supra, nu. 23. in conf. 5. ex nu. 118. cum se-
quentibus, lib. 1. vbi nu. 124. & 126. affir-
mat, in minore nō esse necessariū, quod
constet de læsione vltra dimidiam, sed
satis esse, quod sit in 6. par. læsus, & in cō-
fil. 203. num. 108. & seq. lib. 2. vbi alios
multos authores de communi testātes
in enormi læsione adducit, & his, quæ in
contrariū expendi possunt satisfacit, &
cū Iafone, Rolando, Natta, & nūnullis
alijs, secure etiā sic defendit, & in mino-
re enormiter læso loquitur expressim,
Ioannes Vincentius Hondedei, in cōs.
18. nu. 58. 59. & 60. lib. 1.

26 Constituo etiā ex sententia quorū-
dam, quos adduxi supra, maxime Ioan.
Gutier. in d. authent. sacramenta pube-
rū, nu. 95. Molinæ, de Hispan. primog.
lib. 2. c. 3. num. 25. Cald. Pereiræ, in d. l. fi-
curatorē habens, dict. verbo, læsis, num.
1. colum. 3. in versic. idque adeo verum
est. Riminaldi, dict. consilio 228. nu. 50.
lib. 2. Pedrochæ, dict. consil. 26. nu. 3. cū
alijs multis, quos ipsi præcitarunt: cer-
tum esse, in terminis d. authent. sacramē-
ta puberum, & cap. quāuis pactū, de pa-
ctis in 6. quod vbi dolus ex proposito
interuenit, necessaria non est absolutio
aut relaxatio iuramēti ad effectū agen-
di, vt etiam optime declarant Couar. &
Padilla quos Molina ipse. d. c. 2. libri 2.
recēsuit, ac cū illis Abbatē, Alex. & De-
ciū etiā retulit, cæterū in eo dubio cōsti-
tutos DD. an absolutio aut relaxatio iu-
ramēti necessaria sit, quādo minor, vel
alius est enormiter, aut enormissime læ-
sus, & sic quādo nō ex proposito, sed re
ipsa dolus cōtigit, cōtrarias quidē eos-
dē protulisse sentētias, nōnulli nāq; præ-
supponūt, contractū ipso iure nullū es-
se, ne scilicet iuramentū iniquitatis ac
doli vinculū esse contingat, alij vero in
alia sunt sententia (in quam ego magis
inclino & securiorem arbitror) vide-
licet,

licet, quod in omnibus casibus, vbi ex dolore ipsa cōtingenti minor, vel maior contractū à se gestū, seu renunciationē impugnare contendit, absolutio- ne atq; relaxatione iuramēti prius ob- tenta, & petita contractatū dolose, hoc est enormi, aut enormissima læsione confectum rescindendum esse, vt supe- riores authores, multos alios cumulan- do, ac etiā contrarium tenentes recen- sendo, magis communiter obseruarūt, & tam in enormissima, quam in enor- mi læsione id ipsum æqualiter accepe- runt, quanuis absolutioem necessariā non esse permulti alij, formauerint, quos Burgos de Pace, in consil. 28. nu- mer. 17. & Simoncellus, de decret. lib. 3. tit. 8. inspectione 16. num. 231. adduxe- runt, & alij etiam ex his, qui mox præci- tabuntur: rectius ergo relaxationē atq; absolutioem exigūt superiores, & cū illis Neuizan. in consil. 22. & in consil. 23. num. 2. & seq. Marcus Antonius Euge- nius, in consil. 12. num. 62. Iosephus Lu- douicus, decisione Perusina 18. numer. 67. 68. & 69. qui multos alios adducunt, Ioannes Mauricius, in tractatu de resti- tut. in integ. c. 119. nu. 11. & cap. 123. Bo- nifacius Rugerius, in consil. 16. nu. 52. 53. & 54. lib. 1. & in terminis. d. authent. sa- cramenta puberū, eorum sententiā sibi magis placere, qui absolutioem à iu- ramento petendam dicūt, firmavit An- dreas Fachineus, controuersiarum iu- ris, lib. 2. cap. 14 in versiculo, non me la- tet, folio 299. in principio, qui in termi- nis d. cap. quanuis pactum, idem etiam obseruauit, & absolutioem à iuramen- to petendam dixit lib. 8. cap. 69. in fina- libus verbis, fol. 1074. Antonin. Tesau- rus, decisione Pedemonta 223. nu. 9. & 10. & 11. & 18. vbi vide omnino, an vxor fideiubens pro marito cum iuramēto, vel tāquā principalis cū eo intercedēs, obligetur de iure canonico, & posito, quod obligetur, an illi succurrendū sit stāte enormi læsione, & an enormis læ- sio dicatur tantū, quādo indemnitate cōsequi nō potest in bonis mariti, & iū- ge illi Hieron. de Zaual. practic. cōmu-

ni, contra communes, quæst. 727. ex nu. 1. vsque ad num. 41. qui loquitur in ter- minis l. 61. Tauri, & ipsius sententiā at- que resolutionem verissimā credo, & in casu occurrenti seruandam omnino, nec enim in ea lege excluditur benefi- ciū aut remedium ex enormi aut enor- missima læsione, mulierū fragilitati cō- cessum, indistincte potius earū obliga- tio annullatur, nisi ea concurrant, quæ ibi traduntur, iunge etiā Ioannem Gu- tierrez, de iuram. confirm. prima parte cap. 55. & practicarū, lib. 2. quæst. 28. & 29. Azeuedum, in l. 9. tit. 3. num. 9. lib. 5. nou. collect. reg. Ioannem Vincen. Hō dedei, in consil. 45. libro primo, vbi ple- ne de materia authent. si qua mulier. C. ad Velleianum, & commendo Petrum de Baruosa. 5. par. legis primæ. ff. soluto matrimonio, ex num. 54. versiculo, secū- dus casus est, vsque ad numer. 60. & vi- de etiā D. Morquech. de diuisione bo- norum, lib. 1. c. 9. nu. 43.

28 Quinto etiam loco cōstituo, minorē enormissime, aut grauiter læsum, posse restitutionē petere aduersus cōtractū, seu renunciationē, etiā si læsioni huius- modi renunciauerit, aut iurauerit se il- lum ratione cuiuscunque læsionis non impugnaturum, & consequēter ex nul- la renunciatione, quantumcunque spe- cifica, atque amplissima illa sit, nō cense- bitur exclusa ea læsio, quæ adeo enor- mis, aut enormissima fuerit, quod cum Antonio, Abbate, Decio, Ruino, Cor- neo, Craueta, & alijs obseruauit Burgos de Pace, in cōs. 28. n. 18. & cū Cassador. Abbate, Couar. Padilla, Ruino, Crauet. Gramatico, Neuizan. Cagno. Castren. Corneo, Bolier. & Pinel. Ludovic. Mo- lin de Hispan. primogen. lib. 2. d. c. 3. n. 19. & 20. qui dicit, quā plures tenuisse cō- trarium, cæterum eos, nō loqui, nec in- telligi debere in hac læsione adeo enor- mi, sed in læsione vltra dimidiā tantum cōtingenti, quæ exclusa censerī debet, quoties renunciatio enormissimæ læ- sionis, specificē, atque ex professo facta sit: enormissima vero læsio, nusquam excepta censetur in minori ex dictis

authoribus, & eodem Molina, vbi ſupra, numer. 24. nec in maiore iuxta ea, quæ reſoluit, ipſe eodem cap. 3. nu. 18. verſiculo, quod temperādum eſt, idem etiam obſeruauit Caldas Pereira, in d. l. ſi curatorem habens, dicto verbo, læſis numero primo in fine, vbi refert Corneum, Rolandum, & Burſatum, & dicit 29 talia verba renunciationis ciuilitè intelligi, & ab illis quantumcunque generalibus grauem læſionem excipi. Octauius Simoncellus, de decretis, lib. 3. tit. 8. inſpectione 18. videndus ex numero 207. fol. 474. vſque ad finem inſpectionis, fol. 487. ibi enim plenius quidem cæteris omnibus loquitur, & octo caſus principales diſtinguit, vt oſtendat, an & quando minor beneficio ætatis, vel iuris, vel aliàs generaliter renuncians excludi debeat, vel non, & tandem numero 229. fol. 484. inquit, quod minor, quādo generaliter iurat non contrauenire ratione minoris ætatis, vel alia quacūque ratione, vel cauſa, tunc nullo pacto poteſt contrauenire, quia virtute illius clauſulæ ad eò generalis, iuramentū validat contractum quacūque ratione inuvalidum, & in id refert congeritq; infinitos authores, ſtatim tamen, numero ſequenti, folio 485. ſubdit in hunc modum, 30 *Limitatur vltimus iſte caſus, quando eſſet enormis læſio in ipſo contractu, quia tūc iuramentum non eſt obligatorium, & propterea poterit minor contrauenire, etiam nulla abſolutione petita, & citat Hippol. Riminald. Anton. de Petrut. Cagnolom, Cuman. Anton. de But. Pet. de Anchar. Calderinum, Iaſonem, Decium, Ripam, Socinum, Curt. Iunio. Cæphalum, Burſatum, & alios ſic tenentes, & demum numero 232. fol. 486. ſic ſcriptum relinquit, *Ampliatur prædicta limitatio, etiam ſi minor in ipſo contractu promiſiſſet, non venire contra, neque ratione enormis, neque enormiſſimæ læſionis, prout communiter fieri ſolet: nam adhuc prædicta clauſula non obſtante, poterit contrauenire, & cōtractum reſcindere, & refert Abbatem, Imolam, Alciatum, Socinum, Decium, Ripam, & Neuiſan. ipſum probantes. Blazius, Flores**

Diaz de Mena, in additionibus ad decif. 66. Gamæ, in fin. folio mihi 40. qui atteſtatur hanc opinionem verioſiorem eſſe, & ita ſeruari in iudicando & conſulendo, quanuis alij authores contradicant. Ioſephus Ludouicus, deciſione percuſina 18. numero 66. aduertens, iuramentum, & clauſulas generales nihil in propoſito operari ſtante enormiſſima læſione, & inde eſſe, quod quanuis minor iurauerit omnia in inſtrumento contenta eſſe vera, & renunciauerit generaliter omni legum auxilio & favori, ac etiam læſioni prædictæ, cōtractus ob huiusmodi læſionem debet reſcindi, Marcus Antonius Eugenius, in conſ. 12. numero 70. libro primo, ratio eſt, quia tales clauſulæ, quæ huiusmodi renunciationes continent, dolofæ ſunt, ad facilioremque fraudibus parandum aditum apponuntur, ac ita quemadmodum & cōtractus ipſi dolofi ſunt, ita & clauſulæ ipſæ dolofæ iudicantur, vt per Decium, in conſil. 80. colum. penul per Parisium, in conſil. 91. volumine primo. Grammaticum, deciſione 66. numero 49. & deciſione 76. numero 16. Bonifacium Rugerium, in conſil. 37. nume. 52. libro primo, vbi citat multos alios, & numero 53. dicit, id recte à Doctõribus deciſum, quia ſi principalia dolofa ſunt, & accessoria ſimiliter eiſdem naturæ eſſe præſumuntur. l. cum principalis. ff. de regulis iuris, regula, accessoriū, eodem titulo, libro 6. l. non dubium in fine. C. de legibus, idem Rugerius, in cōſilio 16. ex numero 58. eodem libro primo, dicens, clauſulas prædictas, atq; renunciationes generales, ideo non nocere, quia qua facilitate minor contraxit, eadem renunciauit, & non contrauenire iurauit, & refert Butrium, Caſtrenſem, Socinum, Corneū, Calca. & alios ſic notantes, & multos alios cumulauit Simoncellus, de decretis, libro 3. titulo 8. dicta inſpectione 18. in principio, numero 135. folio 443. ac demum Rugerius ipſe eodem loco numero 61. & ſequentibus, optime adnotauit, & aliorū authorum relatione cōprobauit, quod 31
in

32 in minore, muliere, ac rustico semper præsumitur simplicitas & ignorantia, si contractus damnosus sit; quanuis iuramento firmatus, & numero 65. inquit,

33 quod mulieres maxime minores, semper contra propria commoda laborare videntur. l. 4. in vltimis verbis. C. de spõ salibus. l. 2. §. verba. ff. ad Velleianum, atque ex his debet explicari aut restringi, quæ in proposito nimis generaliter resoluit Ioan. Gutierrez, in d. authent. sacramenta puberum num. 88. sexto tandem, & vltimo loco constituo, ex dictis adhuc, atque ex communi doctorũ resolutione aperte deduci, minorem simpliciter contrahentem iuramento præstito, solum renũciasse videri beneficio ætatis, nec per hoc excludi ab auxilio. l. 2. C. de rescindenda vendit. siquidẽ ex renunciatione, & iuramento simpliciter adhibito, tantum maior effectus est, siue pro maiore habetur, & sic videtur (vt dixi) iurasse non cõtrauenire ratione minoris ætatis, secus vero si contractus aliquem alium defectum patiatur, ita notarunt glossa, Bartol. Bald. Angel. Castrensis, & omnes doctores communiter, in l. 2. C. de rescindenda vendit. glossa, Ioannes Andreas, Barbat. & alij cõmuniter, in cap. cum causa, de empt. & vendit. atque ex communi doctorũ sententia recte adnotauit Couar. in d. cap. quanuis pactum. 3. par. §. 4. numero 6. vbi eleganter explicat l. 56. titulo. 5. partita 5. & cum Pinelo, Padilla, Craueta, Anton. Gomet. Anton. Gabriel. & multis alijs, Ioanes Gutierrez, in d. authent. sacramenta puberum, num. 86. & de iuramento confirmatorio, prima part. c. 26. Menochius, in consilio 29. num. 39. & 40. & in consil. 84. numero 46. lib. 1. Casan. in consil. 7. numer. 26. Marcus Antonius Eugenius, in consilio. 28. ex numer. 55. vsque ad numerum 59. libro primo, & hæc est communis, magis cõmunis, verior, & æquior opinio secundum Simoncellum, de decretis, lib. 3. titulo 8. inspection. 18. numer. 215. folio 477. & 478. vbi respondet fundamento præcipuo authorum quorundam, qui

contrarium dicebant, idcirco siue renũciatio aut iuramentum fiat forma prædicta, siue generaliter fuerit iuratum aliqua ratione, vel causa non contrauenire contractui, adhuc per iuramentum, dumtaxat censetur sublatum impedimentum minoris ætatis, non vero aliud impedimẽtum annullatiuum quodcũque: imo quanuis sit renunciatum beneficio d. l. 2. C. de rescindenda vendit. nõ dicetur exclusum remedium enormis, vel enormissimæ læsionis, sed tantũ censetur cogitatum de ætate, aut de alijs beneficijs expressis, non vero de enormi læsione, nec de alio impedimẽto annullatiuo, quod cum alijs multis optime obseruauit Hippol. Riminald. in cõsilio 5. numer. 113. cum sequẽtibus, libro primo, & sequitur Simoncellus vbi supra numer. 218. fol. 479. & citatis quam plurimis additionator Gamma, ad decisionem 66. numer. 3. fol. mihi 40.

35 Inde fit, quod quanuis apud legistas & canonistas, crebrior visa sit sententia, iuramentum excludere maiorem à beneficio dictæ l. 2. C. de rescindenda venditione, secundum glossam, Bartolum, Salicetum, & omnes ibi, Imolam, Castrensem, Alexandrum, Crauetam, Cascialupum, Socinum, Curtium, Caprã, Corneum, Calcanum, Cagnolum, & alios plures, cum quibus Couar. in dict. cap. quanuis pactum. 3. par. §. 4. num. 4. Chacheranum, decision. 41. numero 8. Ioannem Gutierrez, de iuramento cõfirmatorio, prima parte, cap. 26. numer. 4. tamen stante enormissima læsione id non procedit: propter illam namq; remedium huiusmodi competere debet non obstante iuramento, aut clausulis, siue renunciationibus quibuscunque, à quibus omnibus, & renunciatione d. l. 2. etiam in maiore, enormissima læsio cõsetur semper excepta, sicuti post infinitos alios authores annotarũt Capra, in suis regulis, capit. 87. numer. 126. & seq. Couar. vbi supra, num. 3. & 5. Chacheranus, dicta decisione 41. numer. 1. & numer. 4. & seq. Ioannes Gutierrez, dict. cap. 26. numer. 8. Marcus Antonius Eugenius

Quotidian. controuerſ. iuris.

Eugenius, in cons. 12. supra citato, num. 73. & in effectu assentit Molina, de Hisp. primog. lib. 2. cap. 3. numer. 18. Et hactenus de materia textus, in d. authent. sacramenta puberum, & de his, quæ pertinent ad illam.

Nunc vero subsequenter agendum est de materia tex. in d. cap. quanuis pactum, de pactis in 6. & pro vera explanatione eorum, quæ ad institutum meum attinēt, alijs quā plurimis consulto prætermisſis, antequam deueniā ad quæſtionem principalem, vtrum illius tex. dispositio, data enormi, vel enormissimalæſione procedat, monendum lectorem duxi, hoc loco, siue hic dicēdis circa eiusdem cap. decisionem, addēda esse, aut æqualiter intelligenda ea, quæ superius diximus ex numero 7. vsque ad num 12. similiter, & dicta ex numer. 13. vsque ad numerum 16. quatenus explicare curauimus ex proposito, quæ diceretur enormis, aut enormissima læſio, ibi namq; per multos authores citauimus, quorum plures in terminis dicti cap. quanuis pactum loquuntur, alij vero in terminis atque specie d. authent. sacramenta puberum, ea etiam, quæ in minore ibi obseruata fuere, ex num. 16. vsque ad numerum 34. æqualiter etiā obseruanda in minore, quoties in terminis dicti cap. quāuis pactum, versetur, ac denique circa maiores, & minores vera esse & tenenda in specie d. c. quanuis pactum, quæ circa absolutionē aut relaxationem iuramenti annotauī superius, num. 26. præterea, & monendum lectorem duxi, pro dilucida præfati dubij explanatione, atque resolutione necessarium esse præmittere, siue constituere antea nonnulla, quæ vere prætermitti nō possunt, vt doctorum hucusque scribētium placita, & resolutiones diligentius declarem.

37 Et in primis constituo, quod minor renunciāns cum iuramento hæreditati paternæ, vel maternæ acquisitæ, vel acquirendæ, non potest cōtra pactum venire, nec etiam absolutionem obtinere, vt agat contra renunciationem ratione

minoris ætatis, quia (vt dixi supra in initio huius capituli) per iuramentum maior efficitur, sic probatur in dicto cap. quanuis pactum, de pact. in 6. vt recte aduertit Couar. in relectione illius textus. 3. par. §. 4. num. 6. in versiculo, quinta conclusio, & ibidem. §. primo numero 3. Ioannes Gutierrez, in verbo, à filia, numero primo, dicens, quod decisio illius cap. procedit etiam si filia sit minor viginti quinque annis, maior tamen duodecim, quod ipsum, & alij quā plures sequuntur, & materiam illius cap. la-rissime declarant, Antonius Gomez. in l. 22. Tauri, ex numero 6. cum seq. Tel-lus Fernandez, in l. 6. Tauri, numer. 39. cum multis sequentibus. Menchaca, de successiōum creatione, lib. 2. §. 18. per totum, vbi vide omnino, & quæſtionū vsufrequentium, lib. 3. cap. 43. & capit. 44. & 45. Molina, de Hispan. primog. lib. 2. cap. 3. Burgos de Paz, in consilio 5. per totum. Gaspar Baetius, de non meliorand. dotis rat. filia. cap. 10. ex nu. 102. cum multis sequētibus, & multos alios congerit Petrus Cenedus, in collectanea decima, ad librum sextum decretalium. Paulus Parisius, in consilio 26. libro 3. qui optime loquitur in materia dicti cap. quanuis pactum. Hippol. Riminaldus, in consilio 228. lib. 2. Marcus Antonius Eugenius, in consilio 28. per totum, libro primo, & in consilio 12. ex numero 62. eodem libro. Seraphinus, de priuilegijs iuramenti, priuilegio 21. per totum. Syluester Aldobrandinus. in cōsilio 26. per totum, & in consilio 75. volumine primo. Menochias, in consil. 6. libr. primo, Michael Grasus, recept. iur. sentent. §. successio ab intestato, quæſtione 10. & sequētibus, & §. institutio. quæſtione 11. & §. legitima, quæſtione 3. numero 13. Ioannes Vincentius Honde dei, in cōsilio 29. ex numer. 5. & numer. 70. cum multis sequētibus, libro primo. Hieronymus de Zuallos, practicar. cōmun. contra commun. quæſtione 115. & 116. infinitos alios sciens consultoque prætermitto, quoniā à superioribus præcitantur.

Deinde

ceptam sententiam dixit Rolandus, in consilio 7. numero 56. volumine. 3. Molinam, & alios retuli supra. d. numer. 13. & 14. & ultra relatos ibi, id ipsum tenuit Ioannes Gutierrez, in dict. cap. quanuis pactum, verbo, *Si tamen iuramento*, nu. 2. vbi postquam retulit Anton. Gabriel. & Grati resolutionem, quod tunc læsio dicatur nimis excessiua, quando est ultra triplum, vel quadruplum iusti præ-
 tij, inquit se verius credere, vt hoc relin-
 quatur arbitrio iudicis.

Denique obseruandum erit, dicta a-
 ctenus ex numero 39. cum seq. notanda
 esse ad resolutionem eorū, quæ mox a-
 gentur ex numero 50. cum sequētibz,
 nam si verum est, decisionem text. in d.
 cap. quanuis pactum, sic procedere in
 dolo præsumpta, sicut in dolo vero, ex
 enormissima autem læsione dolum præ-
 sumi, consequens erit, vt ex dictis supe-
 rius, eorum, quæ inquiruntur ex dicto
 numero 50. resolutio possit deduci, id
 tamen commodius visum fuit reserua-
 re ibi, & antea nonnulla alia præ notare.

Præterea ergo & tertio loco consti-
 tui, in hac materia renunciationis factæ
 tempus semper, & perpetuo considerā-
 dum, cum de læsione in huiusmodi re-
 nunciationibus agitur, etiam si ex post
 facto facultates patris excreuerint, nec
 renunciantem ex eo se læsum contē-
 dere posse, nam sicut bonis diminutis,
 non diminuitur, nec restituitur id, quod
 ex causa renunciationis semel acceptū
 fuit, ita super crescentibus parentum fa-
 cultatibus, augendum nō erit, quod es-
 se sine dubio per text. in dict. cap. quan-
 uis pactum firmavit ibidem Ioānes Gu-
 tierrez, in verbo, *A filia*, numer. 11. & re-
 tulit Couar. Tellum Ferdinādez, & Vi-
 llalobos, & cum Alex. Decio, Parisio,
 Boerio, Menchaca; & Tello Ferdinan-
 dez, ipsummet obseruauit Molina, de
 Hispanorum primogenijs, libro secun-
 do, cap. 3. numero 29. vbi etiam citauit
 Couar. sed non in loco relato per Gu-
 tierrez, sed in alio diuerso, hoc est in di-
 cto cap. quanuis pactum. 3. parte. §. 4. nu-
 mero 7. ad finē vbi Couar. dixit ex sen-

tentia aliorum authorū, semper in pro-
 posito casu considerandum, an filia, quæ
 hæreditati paternæ futuræ renunciauit,
 dotem acceperit iustā eo tempore ins-
 pecto, quo dos ei data & constituta fue-
 rit à parente, & computatis illis bonis,
 quæ eo tempore pater habebat, nō his,
 quæ vel habuit post, vel habere potuit,
 & reddit rationem, quia tunc dotis da-
 tio non est ad rationem legitimæ confi-
 deranda, quo casu foret constituenda,
 iuxta quantitatem bonorum, quæ pater
 habebat mortis tempore, sed est dos cō-
 stituenda iuxta officium paternum, &
 sic secundum bona, quæ tempore nup-
 tiarum, & constitutionis dotis pater ha-
 buit, & in id refert Deciū, Alexandrū,
 Georg. Nattam, & Parisium, & in effe-
 ctu assentit Molina, dicto cap. 3. numer.
 28. conuenitque Aldobrandini resolu-
 tio, in consil. 26. numer. 114. lib. 1. vbi a-
 lijs multis authoribus relatis obserua-
 uit, quod læsio in filia, quæ renunciauit
 hæreditati paternæ cum iuramento, nō
 debet considerari, habito respectu ad
 legitimam, sed ad congruitatem dotis,
 & antea numero 109. dixerat, quod filia
 renuncians legitimæ, non potest petere
 dotem, nec supplementum dotis, habi-
 to respectu ad legitimam, quia sic legi-
 timam, cui renunciauit, peteret, cū dos
 loco legitimæ succedat, & numer. 102.
 in eodem consilio 26. cum alijs multis
 authoribus annotauit, quod filia, quæ
 renunciauit successioni paternæ, non
 dotata, vel incongrue dotata, potest pe-
 tere vsque ad congruentiam supplemē-
 tum, & vide omnino dicta infra, numer.
 65. atque eundem Aldobrandinum, in
 eodem consilio 26. ex numero 103. vbi
 post Decium, in consilio 26. colum. 1.
 & in consilio 180. columna prima, & in
 consilio 276. column. prima, versiculo,
 sed tamen his, Paulum Parisium, in con-
 silio 26. numero 88. & 89. libro 3. à quo
 in effectu omnia fere transcribit, quæ il-
 lo loco annotauit, recte aduertit Aldo-
 brandinus ipse, quos dos congrua in ter-
 minis nostris solet dupliciter cōsidera-
 ri: vno modo dicitur congrua inspecto
 tem-

tempore matrimonij, vel carnalis, vel spiritualis, & in ea considerantur facultates patris tempore constitutionis, nō mortis, numerus filiorum, qualitas mariti, seu monasterij, & mos regionis: & consequenter non attēditur, quod fuissent bona patris post modum augmentata, ex quo poterant decrescere, & filia poterat prēmori patri, sed tempus renunciationis tantum inspicitur, vt supra diximus, ac etiam consideratur dūtaxat, si filia sit nupta condigno, & habuit dotem secundum loci consuetudinem, aut personarum qualitatem, vel si posita fuit in monasterio cōdigno qualitati, & nobilitati suæ, & data sit loco eleemosynæ tanta dos, quanta dari solet secundum morē religionis ab alijs similibus filiabus: his enim duobus concurrentibus non potest allegari in cōgruitas dotis, vt idem Aldobrandinus probauit dicto numero 103. vsque ad numerū 107. & cum Castrensi, Alexandro, Curti. Senio. Corneo, Craueta, Parisio, Carolo Molineo, & Alberto Bruno, eleganter Molina, de Hispanor. primog. lib. 2. dicto capit. 3. numero 27. & 28. firmans non posse dici filiam enormiter læsam, quæ sponte monasteriū ingredi volens dote competenti ad religionis ingressum obtenta, paternæ, ac maternæ hæreditati renunciauerit, cum enim ipsa religionem profiteri velit, nulloque alio, quam dote competenti indigeat: si dos competens eidem secundum eiusdem, ac monasterij qualitatem, ac consuetudinem assignata fuerit, in nullo læsa dici poterit: quanuis parentum bonis consideratis, enormiter læsa videatur idque (aduertit ipse author) pari ratione dicendum in filia, quæ dote competēti accepta iuxta eius, ac patrimonij qualitatem, & quantitatem hæreditati parentū renunciauerit, vt ex ea pater ipse, in personam filij maioris natu primogenium institueret, ac etiā in filijs assignatis sibi competētibus alimentis renūciantibus, dicendū fore, nisi ex maximo excessu dolus argueretur, quod colligi dicit ex authoribus antea relatis, quibus

iunge Aldobrandinum, dicto consilio 26. numero 36. 38. 39 & 40. & 47. demū inquit Molina, se veram existimare conclusionem, & doctrinam prædictā, dūmodo ad id recte qualitas personarum, atque actus, & causæ ex qua renūciatio fit, quantitasque patrimonij consideretur, sic quæ etiam verā existimasse Mēchacam, de successio num creatione, lib. 2. §. 18. numero 129. quanuis de ea dubitet Couarruu. in dicto cap. quanuis pactum, par. 3. §. 4. numer. 6. versiculo, septima conclusio, qui adductus est ex cōmuni opinione, quod scilicet filia possit ex enormissima læsione renunciationē etiam iurata in fringere, cui tamen ipsemet Molina, & vere respōdet & erudite, & quidē terminos hos eleganter distinguit, quos alij inuoluunt, & confundunt, & in proposito æquiuoce loquuntur, dicit ergo verissimam esse cōmunem sententiam, quod renūciatio etiam iurata ex enormissima læsione possit infringi, cæterum filios, vel filias dotem, aut alimenta competentia accipientes, parentumque hæreditati, vt ex ea primogenium instituat renunciantes, non posse se enormiter læsos appellare, cum id in eorum, totiusque familiaræ, reipublicæque vtilitatem conuertatur, & hactenus Molina cuius resolutionem, ideo hoc loco inferendam, necessario putauit, quod sic intelligi atque explicari debeāt omnia, quæ in hac materia infra dicentur, fatemur ergo indistincte, ex enormissima læsione renunciationes etiam iuratas infringi, negamus tamē, enormissimam læsionē respectu hæreditatis aut patrimonij renūciati metiendam, aut inspiciendam esse dūtaxat, sed & alia aduertenda, atque præoculis habenda in proposito constituimus, ex quibus enormissimæ læsionis casus vitari poterit, hoc est, si casus erectionis atque institutionis maioratus interueniat (quem Molina considerauit) aliave iusta causa accedat, quæ iudicantis religioni debebit relinqui, aut saltem (quando aliud non interueniat) si inspecto tēpore matrimonij, vel car-

nalis, vel spiritualis, & cæteris; quæ in initio huius numeri inspicienda esse nota uimus obseruatis, cõgrua dos assignata fuerit: congruitas nãq; illa, actusve, aut causæ qualitas, enormissimæ læsionis ratione sic excludet, vt nusquã renũciationes sic factas infringi ex sola consideratione hæreditatis, aut patrimonij renuntiati contingat, nisi ex alijs dolus argueretur, quod ex Parisio, Aldobrandino, & alijs (quos paulo ante citauimus) apertissime cõprehenditur, & multum notari debet, alij namq; quam plurimi, vt vidisti supra, ex num. 12. atq; ex numero 17. ac numer. 40. & videbis statim ex numero 50. in distincte tradiderunt ex læsione enormissima rescindi renunciationem iurata, nec ad prædicta aduertunt, vt etiam non aduertit Ioannes Gutierrez, sed sic indistincte resoluit, in dicto cap. quauis pactum, verbo, *si tamen iuramento*, numero 2. & hæctenus de primo modo, quo dos solet considerari, vt congrua dicatur de his autẽ omnibus nunc consideratis, latius agetur infra, maxime ex num. 86.

48 Alio denique & secundo modo (vt ipse Aldobrandinus dicto consil. 26. ex nu. 107. vsque ad nu. 110. subdit) dos dicitur cõgrua, siue congruitas considerari potest, scilicet, habita cõsideratione ad legitimam, & tunc attenditur tempus mortis, sic vt non possit esse dos minus legitima, quæ deberet considerari iuxta valorem bonorum secundum tempus mortis: & si isto etiam modo consideretur congruitas, siue incongruitas dotis, adhuc filia, quæ renunciauit, nihil petere poterit pro supplemento dotis receptæ, aut legitimæ, quia ex quo renũciatum est legitimæ, & doti commensuradæ ad ratione legitimæ renũciatum censetur, tanquam subrogatæ loco legitimæ, cui renũciatur, & renũciari potest, vt cum alijs authoribus, & post Parisium sic in specie, atque expressim dicentem, obseruabit idem Aldobrandinus, in proposito videndus omnino, qui tamen, ac etiam Couar. & Molina, in locis relatis supra, numer. 47. Castrensis

denique, Decius, Alexan. Ceorg. Nat. Parisius, Corneus, Crauet. & alij, quos Molina recensuit: loquuntur in renunciatione hæreditatis paternæ, aut maternæ nondũ delatæ, sed in futurũ deferendæ, in qua, aut respectu iuris nondum quæsitæ, sed quærendi, sic recte congruitatem dotis accipiunt, quauis parentũ bonis consideratis, enormiter fuisse læsam filiam renunciantem appareat, (vt supra diximus) & Molina inquit vbi supra, dicto numer. 27. si vero renunciatio fieret delatæ iam hæreditatis, & iuris quæsitæ, non ita de facili cõgruitas præfata dotis inducetur ab ipsis, iuxta ea, quæ infra dicẽtur, quod est notandũ, ne in istis terminis decipiamur, aut auctores prædictos extra terminos in quibus loquũtur accipiamus, quãuis semper, ac indistincte verũ sit, læsam nõ posse dici filiã, quæ ad carnale, vel spirituale matrimoniũ congruã dotẽ acceperit, iuxta rationem numeris præcedentibus intellectã, illã accipiendo, quauis habita cõsideratione omniũ bonorum parentis, enormis læsio dici posset, ex superioribus authoribus, & rationibus Parisij in loco supra cõmemorato, & vide omnino infra, ex nu. 65. cũ sequen. & nu. 83.

50 Quarto deinde loco, & principaliter constituo, dubiũ esse, an decisio text. in d. c. quauis pactũ de pactis in 6. habeat locum data enormi læsione dũtaxat, nõ enormissima? pro cuius dubij exacta, atq; perfecta explicatione, necesse erit, erit in memoriam reuocare ea, quæ supra, ex nu. 39. vsq; ad num. 43. diximus, quatenus obseruauimus, decisionẽ pontificiam d. c. quauis pactũ, sic obtinere in dolo præsumpto, sicut in dolo vero, & inde animaduertere, quod quãuis auctores omnes ibidẽ à me relati, vnanimiter dixerint, renũciationẽ etiã iuratã propter enormissimam læsionem rescindi, & id ipsum quã plures alij tenuerint, qui mox referuntur, alij tamen contradixerunt, idcirco in enormi tantum læsione difficilius id redditur, nam si in enormissima etiam læsione, inter Doctores altercatio fuit & cõtrarietas,

rietas, illamque indistincte dicunt nocere iurati, fortius videtur, quod enormis absolute debeat nocere, cæterum rem hanc magis specificè tractando, quod renunciatio etiam iurata, si enormissimam læsionem contineat, iuranti nõ noceat, nec sibi vendicet locũ decisio tex. in dicto cap. quanuis pactum, saltem petita absolute a iuramento: tenuerunt quamplures authores, quos in vnũ congregi supra, numer. 40. & seq. qui & infinitos alios commemorarunt, ac etiam Pet. de Anchar. Abbas, Calderinus, Felinus, Federicus de Senis, Castrensis Aretinus, Barbat. Ripa, Decius, Socin. Cornæus, Anton. de Butrio, Alex. Curtius Iunior, Calcan. Gualdens, Guid. Pap. Gozadinus, Parisius, Craueta, & Grammaticus, quos retulit, & hanc opinionẽ videri magis comunẽ dixit, ac eam pluribus modis ampliavit, & limitauit Anton. Gab. comun. conclus. lib. 3. tit. de iuredotium, conclus. 1. numero 8 & sequentibus, Ruiuus, Cagnolus, Albanus, Alexander, Decius, & alij, cum quibus Ioannes Cephalus, in consil. 34. nu. 20. & in consil. 62. numer. 14. & in consilio 137. numero 53. & in consil. 142. num. 25. & numer. 47. libro primo, & in consilio 208. numero 5. libro 2. Couar. in dicto cap. quanuis pactum 3. parte. §. 4. num. 6. & ibidem Ioannes Cutierrez, in verbo, *Si tamen iuramento*, numero 2. Molina, de Hispan primog libr. 2. capit. 3. nu. 28. in versiculo, Verum tamen ego, vbi veram opinionem dicit, Portius Imol. conclus. lib. 4. conclusione 32. Bursatus, in consilio 75. sub numero 5. libr. primo, concludens hanc opinionem æquiorẽ, veriore, & magis comunem. Marcus Antonius Eugenius, qui multos sic tenentes refert, & tuetur constãter, in consilio 12. ex numero 62. vsque ad numer. 76. & in consilio 28. ex numero. 42. vsque ad numerum 54. libro primo, Syluester Aldobrandinus, in consilio 75. ex num. 5. vsque ad numerũ 16. libro primo. Antonius Galeatus Maluasia, in consil. 65. ex numero 24. & in consilio 126. ex numero 24. vsque ad numerum 40. libro

primo. Hippol. Riminal. Bonifaciu Rurgerium, Vincentium de Franchis, Iosephum Ludouicum, & Hieronymum de Zauillos retuli supra. num. 41.

Ij autem omnes, & alij quamplures, qui ab eisdem præcitantur, ducuntur & iuribus & rationibus, ac primum ex textu, in l. si superstitie. C. de dolo, vbi immodica læsio sic in consideratione habetur, vt propter illam in factum actio tribuatur, dicitur namque, *Sane si immodice læsa es, non de dolo propter pateruam verediã, sed in factum actio tibi tribuenda est.* Deinde per textum, in l. maioribus. C. communia vtriusque iudicij, vbi quod inæqualiter factum fuerit, reformandũ fore Imperator promittit, ac denique ex ratione tex. in l. 2. C. de rescindenda vendit. ratione etiã, quia propter enormissimam læsionem illatam, perinde res iudicatur, ac si dolus interuenisset. l. si quis cum aliter. ff. de verborum obligat. dolus autem si interuenisset, certũ est quod contractus aut renũciatio rescinderetur per text. in l. & eleganter. ff. de dolo. l. qui cum tutoribus. §. qui per Fallaciam. ff. de trãsactionibus. l. vltim. C. mandati. denique, quia (vt dictũ fuit supra num 39 & 40.) quanuis textus in dicto cap. quanuis pactum, loquatur de dolo generaliter, siue ab eius regula excipiat pactiõnem iurata dolo aduersarij, nõ debet restringi ad dolum ex proposito tantum, sed etiam intelligi in dolo reipsa cõtingente ratione enormissimæ læsionis, ille namque proprio, & vero dolo comparatur, vt ibidem probauimus, vnde cũ talis læsio doli præsumptionem inducat, nec verisimile sit paciscentem tantæ læsioni consentire voluisse, iuramentũ nihil operari debebit, quoniam illud non debet esse vinculum iniquitatis, sed tres comites habere, veritatem scilicet, iudicium, & iustitiã, cap. inter cætera. 22. quæst. 4. cap. quanto de iure iurando, cap. animaduertendum. 22. quæst. 2. vt in nostris terminis post multos alios sic probarunt Antonius Galeatus Maluasia, Ioannes Cephalus Syluester Aldobrandinus, Marcus Antonius Euge-

Eugenius, & alij ſupra, hoc eodem numero à me relati, qui etiam ſubdunt, læſioni enormiſſimæ, nec cum iuramento valide renūciari poſſe, imo ipſius ratione contractui contraueniri poſſe, etiam quod illi expreſſe ſic renūciatum fuerit & nullam cautelam verborū dari poſſe, qua reſiſionis remedium tollatur, vt antea probaui numer. 41. vbi multos retuli, & in terminis dicti cap. quāuis pactum, cum Abbate, Imola, Alciato, Socino, Nonio, Cagnolo, Alex. Craueta, Ruyno, & multis alijs adnotarūt Cephalus, in conſilio 142. numero 30. libro primo Antonius Galeatius Maluaſia, in conſil. 65. ex numero 29. cum ſeq. & in conſilio 126. ex numero 28. libro primo. Marcus Antonius Eugenius, in conſilio 12. numero 70. & in conſil. 28. numero 52. libro primo, plene Ioannes Gutierrez, in d. authent. ſacramenta puerum, ex numero 97. vſque ad numer. 103. qui licet loquatur in terminis illius authent. æqualiter tamen accipi debet in terminis dicti cap. quāuis pactū, & ſic ipſe in repetitione eiufdem cap. verbo, *Si tamen iuramento*, numero 2. ſe remittit in proſiſito ad ea, quæ ſcripſit in d. authent. ſacramenta puerum, dicto numero 97. cum ſeq. vbi rectius id intelligit & declarat. quam intellexerat ibidem, numero 88. quo in loco ab eo dicta nimis generalia fuiſſe, aut reſtringi, vel explicari debere iuxta ea, quæ à me explicata fuere, aduertebam, ſupra, nu. 33. Et haſtenus de prima, atque communi opinionione in proſiſito dubio.

54 E contra tamen, quod renunciatio iurata, etiam ſi enormiſſimam læſionem cōtineat, iuranti noceat, nec yllō pacto poſſit illi contraueniri, tenuerunt & alij quamplures authores, Archidiaconus inquam, Ioannes Andreas, Imola, Baldus, Angelus, Alexander, Caſtrenſis, Romanus, Iaſon, Corneus, Ioan. Anton. Alex. Anton. de But. Socinus Senior, Crotus, Aretinus, Curtius Senior, Georg. Nat. Bertrandus, Gozadinus, & Grammaticus, quos in id congeſſit Antonius Gabriel, commun. conſul. lib. 3.

titulo de iure dotium, conſuſione prima, numero 5. Burgos de Paz, in conſilio 5. numero 7. Achilles Pedrocha, in conſilio 35. numero 104. & 105. & horū numero recenſeri etiam poſſunt Pancirolus, in conſilio 35. numero 15. & in conſilio 62. numero 21. Berorius, in conſil. 51. numer. primo, verſiculo, & quāuis hic, & numer. 9. libro primo. Vueſembet. in conſilio 22. numer. 47. Capicius, deciſione 159 numer. 13. cum alijs, quos pro hac parte adduxit Carolus Antonius Puteus, in conſilio vnico, ex numero 53. vſque ad numerum 56. quod habetur poſt conſilia Sfortia, libro primo.

55 Ij omnes mouētur dumtaxat ex pōtifficia deciſione text. in dicto cap. quāuis pactum, de pactis lib. 6. qui indiftinſte dicit, quod iuramentū omnino obſeruari debet, & dum excipit, ſi non vñec dolo præſtitum fuerit, non poteſt accipi in dolo re ipſa, ſed intelligi debet tantum reſpectu doli ex proſiſito, vt huius opinionione ſequaces inducere, atque accipere illum textum, cōſtat ex dictis per Marcum Anton. Eugen. in conſilio 28. numer. 20. & 21. libro primo.

56 Tamen textus ipſe vitari poteſt facillime (& vere quidem) inducēdo, atque accipiendo eum, pro vt communiter inducere, atque accipere Doctores, qui primam opinionionē tuentur, diximus ſupra numero 53. ante finem, in verſiculo, deniq; quia vt dictum fuit ſupra, & ſic nullo modo vrgere poterit in contrarium, quippe cum negari non poſſit, quin Romanus Pōtiffex ibi, à regula generali expreſſim excipiat pactiōnē iurata dolo aduerſarij, vt conſtat ex illis verbis, *Si tamen iuramento non vi, nec dolo præſtito*. Quare ergo accipiendus nō eſt in dolo re ipſa ex enormiſſima læſione contingente, ſicut in dolo ex proſiſito, cum vterque dolus ſit, & verba præſata ſic generaliter prolata, omnem dolum aut machinationem includant, & ab intentione Romani Pontifficis valde alienum ſit, dolum quempiam excludere, aut vim aliquam iuramento præbere, quod quacunque ex parte aliqua iniqui-

iniquitatem continere possit, vnde apparet secundam hanc opinionem, nec iure aliquo, nec ratione vrgenti fulciri, textum potius pro ea adductum, in contrarium retorqueri, & verba eiusdem ponderata superius, primam opinionem clare confirmare videri.

57 Quocirca in præfato dubio, alij distinguendum existimarunt inter enormem, atque enormissimam læsionem, vt scilicet renunciatio iurata, saltim petita prius absolute à iuramento, iuranti non noceat, si enormissimam læsionem contineat, secus vero si enormis tantum læsio sit: quomodo expresse distinguit Corneus, in consil. 166. volum. 1. ad quem, ex omnibus, quos hucusque prælegerim aduertit solus Antonius Gabriel, & refert eum, commun. opinio lib. 3. titulo de iure dotium, conclusione prima, num. 5. in fine, sed & alij eandem distinctionem, & sententiam tenuerunt, quos adducunt Covar. in dict. cap. quanuis pactum, part. 3. §. 4. numero 3. versiculo, contrariam, Menochius, in consilio 410. numero 174. libro 5. qui in terminis quæstionis prædictæ sic obseruant, & renunciationem iurata propter enormem læsionem non rescindi affirmant, & ita firmare atque distinguere nonnullos asserit Andreas Fachineus, controuersiarum iuris, libro 8. capit. 69. in versiculo, sexto propter auctoritatem, folio mihi 1073. qui ipse & fundamenta, siue rationes cõgessit, quibus huius distinctionis authores moueri potuerunt.

58 Verum enimvero aut opinio prior communis relata supra. numer. 53. tenenda erit indistincte, vel secunda probanda erit, dummodo intelligatur, vt declarabitur infra, aut me hercle distinctio hæc inter enormem, atque enormissimam læsionem, sustineri non potest, utpote cum omnia iura, & rationes, quibus in læsione enormissima Doctores excitantur præcipue, dolique, fraudis, & machinationis præsumptiones, ac etiam verba dicti capit. quanuis pactum, ibi, *Non vi, nec dolo præstito*, pariter etiam militent, & habeant locum in enor-

mi læsione, vt in terminis dict. authent. sacramenta puberum, probaui supra hoc eodem capite, & multorum authorum allegatione comprobauit, & in nostris terminis, si à minore fiat renunciatio iurata, iuxta formam dictæ constitutionis Pontificiæ, eadem ratio militet, nec possit diuersum ius constitui, idque certissimum est, & alijs omissis, ab Andrea Fachineo, sic æqualiter acceptum: ipse namque in enormi læsione idem ius statuit in renunciatione iurata, iuxta formam dicti cap. quanuis pactum, dict. cap. 69. lib. 8. quod in terminis d. authent. sacramenta puberum, antea lib. 3. c. 14. fol. 298. obseruauerat, quod si renunciatio iurata à maiore fiat, in enormissima læsione certum etiam erit, superius dicta, & cõmuniorem resolutionem (de qua supra num. 53.) æqualiter obtinere, sicut in minore, idque pro indubitato supponunt omnes fere Doctores, qui in hac materia loquuntur, & expressim sic aduertit Marcus Antonius Eugenius, in consil. 12. numero 74. libro primo, postquam enim dixit stante enormissima læsione non procedere text. in dicto cap. quanuis pactum, & rationes adduxit, multosque authores in confirmationem congessit, dicto numero 74. subdit sic, *Quæ similia in præfati casu nullam habent difficultatem, quia si procedunt in masculis & maioribus, quãto magis in fœmina minore, vt hic*, & repetit in cõf. 28. nu. 57. eodem lib. 1. id ipsum aperte etiã tradit Molina, de Hispan. primog. lib. 2. c. 3. n. 18. qui ob læsionem enormissimam, concedit maiorem etiam non obstante iuramento rescissionem contractus petere posse, & dicit se eã opinionem in forensibus controuersijs receptam vidisse, quanuis Menchaca ab ea discedat, & Pinelus etiam de ea dubitet in locis ibi relatis. Cæterum ob enormem læsionem tantum, renunciatio iurata à maiore facta, non ita de facili rescinditur, siue enormis ac enormissimæ læsionis cõparatio non ita absolute procedet, iuxta ea, quæ ipse Molina annotauit dicto cap. 3. ex numero 18. vsque ad numerum 26. siue iuxta ea, quæ in-

fra dicetur, sed totū hoc discreti boniq;
iudicis arbitrio commitendū putarem,
qui plura considerare debet, etiam in
maiore renunciante, ac enormiter tan-
tum leſo, vt congrue, iusteq; diiudicare
valeat, an deciſioni text. in dicto capit.
quanuis pactum, locus fit, nec ne? ali-
quando namque ex rerum circumſtan-
tijs, & perſonarum qualitatibus, alijs-
que ſimul concurrentibus, etiam in ma-
iore, atque ob enormem tantum leſio-
nem, iurata renunciationem reſcindi
debere ſtatuet, aliquando vero eiſdem
mature perſpectis contrarium ſtatuet,
quanuis Doctores communiter termi-
nos hos inuoluant, & confundant, & in-
ter enormem, atque enormiſſimam læ-
ſionem, nullam differētiā conſtituāt,
ſed in maiore, atque in minore indistin-
cte dixerint, quod ſtante enormiſſima,
aut enormi leſione, non procedit text.
in dicto capit. quanuis pactum, quorum
opinio (vt impugnando ſententiam eo-
rum qui differentiam inter enormem
atque enormiſſimam læſionem conſti-
tuunt ſupradixi) mihi admodum pla-
cet, modo (vt dictum remanet, & Mo-
lina contendit) non ita de facili in ma-
iore, ſicut in minore renunctio iura-
ta reſcindatur, & ita accipi, atque expli-
cari debebunt authores quamplures,
qui renunctationem iurataſ filix reſ-
cindi ob enormem leſionem dixerunt,
& per Antoniū Gabriel, citantur libro
3. commun. conſuſio, titulo de iure do-
tium, conſuſione prima, à Couar. in
dicto capit. quanuis pactum 3. parte. §. 4.
Pancirolo, in conſilio primo, numero
79. Miſingerio, centuria 5. obſeruatione
59. & defendunt Andreas Gail. pract.
obſeruat. libro 2. obſeruatione 147. &
obſeruat. 77. ex numero II. cum ſequen-
tibus, vbi in hunc modum ſcribit. *Notan-
dum tamen, quod ex communi Doctorum ſen-
tentia mulier enormiter læſa, poſſit contraue-
nire renunctationi, non obſtante iuramento,*
&c. Hippolyt. Riminald. (qui etiam lo-
quitur in terminis dicti capit. quanuis
pactum & in leſione enormi) in conſi-
lio 228. numero 22. & 29. libro 2. Pau-

lus Pariſius, in conſilio 26. numero 77.
in principio, libr. 3. Sylueſter Aldobra-
dinus, in conſilio 26. numero III. ibi, *Et
iſto caſu, ſtante enormi læſione, relaxatur iu-
rumentum.* Marcus Antonius Eugenius,
in conſilio 12. numero 62. libro primo,
ibi, *Tertio reſpondetur, quod ſtante enormiſ-
ſima læſione, aut etiam enormi, vt ſupra, non
procedit textus, in dicto cap. quanuis pactum.*
Cephalus, in conſil. 34. numer. 20. & in
conſil. 137. num. 60. & in conſ. 142. num.
25. libro primo. Iacob. Phil. Port. cōcl.
lib. 4. concl. 32. & eis nō relatis Andreas
Fachineus, controuerſiarum iuris, lib. 8.
dict. c. 69. qui ex proſoſito diſputat, &
tandem reſoluit probabiliorem ſenten-
tiā videri, eamq; & Imperialem came-
ram ſecutam, quod renunctio filix iu-
rata ob enormē læſionē debeat reſcin-
di, & pro hac parte fundamenta nō nul-
la adducit, ac etiam fundamentis omni-
bus contrarię partis ſatisfacit: poterit
ergo hæc ſententia, tot authorum autho-
ritate comprobata defendi, & præfata
opinio, quæ differentiam conſtituit in-
ter enormem, atque enormiſſimam læ-
ſionem, probabiliter non admitti, mo-
do arbitrium iudicis habeatur ſemper
præ oculis, vt ſupra obſeruauī, nec in
maiore, ita facile ſicut in minore reſci-
ſio renunctationis iurata concedatur,
vt etiam dixi ſupra, & Molinam ſic vo-
lentem adduxi, vnde opinio communis
relata hoc eodem cap. numero 53. mul-
to magis poterit indistincte probari,
dummodo intelligatur iuxta ea, quæ di-
cta fuere ſupra, numero 47. per totum,
ſed quia (vt ibidem vidisti numero 54.)
in enormiſſima etiam læſione varij ex-
tant Doctores & contrarij, nō ſolum in
enormi, & non tantum alij alijs, ſed plu-
res inuicem ſibi contradicunt, vt ex a-
lijſ affirmat Carol Anton. de Puteo, in
conſilio vnico, numer. 53. quod habetur
ad finem conſiliorum Sfortia, tomo pri-
mo, ita vt nec prima opinio, relata ſu-
pra d. nu. 53. quanuis communior & ve-
rior ſit per tex. in dict. cap. quanuis pa-
ctum, ponderando eum, vt ſupra num.
56. nec ſecunda dict. num. 54. adducta,
in

indistincte & absolute procedere posse videatur, sed forsam iuxta diuersitatem casuum, diuersum ius constituendū sit: necessarium potius, quā incongruū mihi visum fuit, rē hanc nonnullis casibus distinctis (qui ab alijs authoribus traduntur) dilucide magis declarare, sic enim res ipsa facilius diffiniri poterit, nec cæteris in futurum tanta confusio, dubitandue, aut dissentienti occasio relinquatur, ac etiā in quibus terminis Doctores loquantur aperietur, & quando prima, vel secunda opinio libentius amplecti possit, demonstrauit.

6 Idcirco primus casus sit, quando renunciatio filie iurata, facta fuit viuo patre, vel matre, & sic agitur de iure quaerendo, non de iure quaesito, quia nondū hæreditas paterna, vel maternā delata est, sed potius deferenda: & tunc quidē renūciatio iurata, etiam a minore facta patri, vel matri de hæreditate ipsorū futura, & ad commodum patris, aut matris, vel fratrum valida erit, quāuis læsio enormissima interueniat, quod sic concludunt Castrensis, in cons. 174. cōtra superius, colum. 2. lib. 1. Veronens. in consil. 17. colum. 3. Socinus, in cons. 263. colum. 2. lib. 2. Ripa, lib. 2. respōs. de donationibus, reuocand. cap. 15. colum. 7. circa medium, in versiculo, non obstat, Rubeus Alex. qui late comprobatur in cōs. 12. per totum, Corneus, in cons. 11. colum. 1. iuncto cons. 13. versiculo, nec supradictis decisionibus, volum. 3. aperte Craueta, in consil. 114. num. 13. & sequētib; Gozad. in cons. 9. col. 11. Bonifacius Rugerius, in cons. 16. num. 66. 67. & 68. lib. 1. vbi expressim aduertit, quod in renūciatione hæreditatis deferendæ, & nondum delatæ, non ita graue cōsideratur præiudicium, sicut in renūciatione iuris, aut hæreditatis iam delatæ: & ideo enormissimæ læsioni non sic cōsultitur in vno casu, sicut in alio, eleganter Paulus Parisius, in cōs. 26. ex num. 81. cū sequentibus, vsque in finem, lib. 3. vbi ex nu. 77. tres casus principales distinguit, & in tertio casu, quem ipse adducit (qui est primus hic casus noster) ex dicto nu.

81. cōcludit, quod si filia renunciat hæreditati paternæ nondum sibi delatæ dote recepta, nullum habet remedium, vt ex læsione enormissima possit petere successionem, vel supplemētum dotis, aut legitimæ, si fuit nupta cum dote cōdecienti, licet dos, qua mediante renūciavit, sit minor legitima, Carolus Molineus, in Alexandrum, consilio 29. numero 6. libro 3. vbi scribit, sæpe vidisse iudicari in senatu Parisiensi famosis arrestis classibus congregatis latis, quod etiam si constet minus legitima filie in dorem datum, si deferendæ hæreditati renūciavit, quod tunc nec ex læsione restituatur, nec ad supplementum legitimæ agere possit, idem Molineus, in consilio 50. vbi ait praticari, quod si viuo patre facta sit renūciatio, doctque sit congrua, secundum morem patriæ, omnis restitutio ob læsionem legitimæ sileat, & de senatu Parisiensi id ipsum testatur Vuesembet. in consilio 23. numero 49. & de consilio Neapolitano, Capicius, decisione 159. numer. 13. ante finem in versiculo, & si dicatur, idem quoque probarunt Ioannes Cephalus, in consilio 467. numero 54. & numero 92. libro 3. Tiberius Decianus, in consilio 6. numero 52 & 53. libro primo. Hippolyt. Riminaldus, in consilio 228. ex numero 21. vsque ad numerum 26. libro 2. expressim Burgos de Paz, in consilio 5. numero 7. vbi refert Castrensem, dicto consilio 174. libr. 1. & alios plures, dicitque in hoc casu, quādo renūciatio fit patri, vel matri de hæreditate ipsius nondum delatæ, ita omnes tenere, etiā data enormissima læsione, & veram rationē assignat, atq; ad eum se remittit Ioannes Gutierrez, in dicto cap. quāuis pactum, in verbo, *Si tamen iuramento non vi*, in fine, in versiculo, in renūciatione legitimæ, idem quoque probarunt Pansiolus, in cons. 62. in fin. versiculo, cæterū quod pertinet, Boerius, decis. 62. colum. 4. dicens in senatu secundum hanc opinionem iudicatum, Syluester Aldobrandinus, in consil. 26. num. 111. & numer. 118. 119. & 120. lib. 1.

Quotidian. controuerſ. iuris.

defendit quoq; conſtāter, & quatuor rationibus adductis confirmat Carol. Antonius Puteus, in conſ. vnico, ex nu. 53. vſque ad nu. 63. quod habetur poſt conſilia Sfortiæ, lib. 1. & conueniunt tradita ſupra, ex numero 43. vſque ad num. 50. nec diſſentit Molina, de Hiſpanorū primogenijs, lib. 2. cap. 3. numer. 27. & 28. imo in his terminis, renūciationis inquā hæreditatis nondū delatæ, dote tamē cōpetente accepta, atq; ex iuſta cauſa facta, venit intelligendus, quod conſtat aperte, nā vltra alios, quos ibidem refert, allegat Carolum Molineum, ad Alexandrū, dict. conſ. 29. lib. 3. atq; ſtatim dicto nu. 28. ponit caſum renūciationis factæ, vt ex ea pater ipſe in perſona filij maioris natu maioratum inſtitueret, & ſic loquitur aperte de renūciatione hæreditatis nondum delatæ, atque in eis terminis ius agendi ex læſione enormiſſima denegauit omnino, quoties dotem congruam acceptam cōſtaret, vt ſupra, dicto numer. 47. latius oſtendi, & ſubſtinet etiam Craueta, in conſil. 569 per totum, & in conſil. 552. numer. 21. vbi vide omnino, & in conſilio 593. num. 2. & in conſil. 964. numer. 40. & in conſil. 661. numer. 9. & 10. Burſatus, in conſil. 249. numer. 2. Alciatus, in cap. cum contingat, numer. 88. in fine, & num. 83. in principio de iure iurando.

67 Solus Didacus Couar. in dict. capit. quauis pactum. 3 par. § 4. num. 7. verſiculo, ſeptima conſuſio, ab hac reſolutione recedit, aſſeritque indiſtincte, quod filia renūcians hæreditati paternæ nondum acquiſitæ, ſed acquirendæ iuramento præſtito, poſſit ex enormiſſima læſione renūciationem ipſam infringere, nec tantæ læſioni renūciare videatur, & ſic communem opinionem traditam ſupra, nu. 53. abſolute accipit, nec ad terminos præſatos reſtringit.

68 Vere tamen eiſdem Didaci ſententia placere non poteſt, nec etiam ſubſtineri ex his rationibus, quas authores omnes relati ſupra, numero 65. & 66. adduxerunt, inter quos Carolus Antonius Puteus (vt ſupradixi) quatuor for-

tiſſima fundamenta conſiderat, & numero 54. expreſſim reprobat Couar. dicens, quod eius opinio ſoli vaga, & ſub dubio nō eſt attendēda cōtra authoritates tot patrū, qui contrariū tuentur, & num. 57. cōſtituit, aliās fruſtra emanaffe diſpoſitionē dicti cap. quauis pactū, ſi filia renūcians dote congrua aut cōpetente accepta, ob enormiſſimā læſionem agere poſſet, quia minus legitima ſibi datū pro dote foret, & quod otioſa redderetur eiſdem. c. conſtitutio, & tota renūciationū materia; quorſum enim patres ſtuderēt filias renūciare, & quorſum remedia hæc a iure procedūt, ſi dādo omnino legitimam filiabus eſt, quia clarum eſt, quod pater data legitima filię de reliquo poteſt pro libito ſuo diſponere. l. Papinianus. §. quoniā autē. ff. de inoffic. teſta. l. parētibus. C. eodē tit. vnde filia in renūciatione nō poteſt prætere læſionē niſi reſpectu legitimæ, quia filia nō habet ius in alijs bonis vltra legitimā, de quibus pater poteſt (vt dixi) ad libitū diſponere, & ſic quia læſio præſupponit cōpetētiam iuris, illo iure ceſſante, ceſſat & læſionis nomē: ergo ſi ad validitatē renūciationis, cogūtur patres omnino legitimā dare, quæ eſt totū ſuum debitū, non eſt, quod renūciationes fiāt, adeo quod vel fateri oportet renūciationes ad hoc ſeruire, vbi minorē dotē legitima pater conſtituit, vel omnino neceſſarias eas nō fuiſſe, & fruſtra (vt dictū eſt) introductā pōtitiſiam conſtitutionem dicti cap. quauis pactū, & hætenus præſatus author, qui (vt ſupra aduertebā) & alias rationes in idem ponderat, & late atq; erudite Rubeus Alexander, in conſil. 12. per totū, quod celebre eſt, & multum notādum in hac materia, Pariſius etiā, Craueta, & alij, quos ſuperius adduxi, inter alias tamen vltra prædictā, vel vna ſola (vt ego credo) concludit, quod viuente patre, vel matre, filię renūciantī nullum ius cōpetit in legitima, niſi ſpe, quæ quidem ſpes ad effectum læſionis digna conſideratione non eſt, per tex. in l. 1. §. ſi impuberi, ibi: Præmaria enim ſpes eſt. ff. de col-

lat. bonor. vt in terminis nostris scripsit Capicius, dicta decisione 159. numer. 13. ante finem, in versiculo; & sic dicatur, vbi inquit in casu prædicto non tam legitimæ renunciationem, quam spei remissionem interuenire, in qua spe læsio non consideratur, vtpote cum ea esset iuris præmoriente patre quærendi, vt etiam in terminis nostris annotauit post alios Syluester Aldobrandinus in conf. 26. num. 119 lib. 1. multa; euenire postmodum possent, ex quibus vel nihil quidem, aut non tantum habuisset filia renuncians, poterat enim patri præmori, aut si non præmoreretur, pater ipse viuens æs alienum contrahere, vel aliter culpa, aut casu bona propria cõsumere, aut dilapidare, siue nouã prole suscipere; ac deniq; alio modo quocũq; ad paupertatẽ aduersamve fortunã sic deuenire, vt vtile potius, quã damnosum illi futurũ sit accepta dote cõpetenti, legitimę paternæ, vel maternæ renunciaffe, vnde ob incertitudinẽ hãc læsio aliqua cõsiderari nõ debet, vt Capicius ipse, dicta decisione 159. numer. 15. & 16. optime annotauit. Decianus etiam, dicto conf. 6. numero 52. & 53. libro primo. Carolus Antonius Puteus. d. conf. vnico, numer. 55. & nu. 60. & 61. & vltra relatos ab eo, Hippol. Rimin. in cõf. 228. num. 23. lib. 2. vbi expendit textum, in l. si actum retis ff. de actionibus empti. & quorundam authorum traditiones ad propositũ facientes adducit, & vide omnino Crauetam, in conf. 569. per totum.

69 Nunc vero extenditur primus casus prædictus, vt procedat, etiã si filia renuncians nihil à patre habuerit; & consequẽter, quod renunciatio filię iurata, facta viuo patre, & sic iuris nondum quæsitæ, non retractetur ob læsionem etiã enormissimam, quod Alciatus, in capit. cum contingat, num. 83. in principio, & num. 88. in fin. de iure iurando, non dubitauit afferere, & cum alijs sequutus est Carolus Antonius Puteus, in dicto consilio vnico, nu. 55. in principio, quod habetur post consilia Sfortiæ, libro 1. & videtur consentire Syluester Aldobrandinus, in

consil. 26. num. 102. quibus adijcitur ex communi doctorum resolutione textũ in d. cap. quãuis pactum, procedere etiã si nulla dote recepta renunciatio iurata à filia fiat: ratio est, quia licet verba pontificiæ illius constitutionis, casum istum non expriment, sed tantum dicant, *Vt dote contenta*, ratio tamen eiusdẽ constitutionis (quæ legis anima dici solet) eum cõprehendunt, cũ dicatur ibidem, *Cum non vergat in aternæ salutis dispendium, nec redãdet in alterius detrimentũ*. Quæ ratio etiã militat in hoc casu, sicut quãdo filia renũciat accepta aliqua dote, & hoc sufficit, vt locũ habeat ipsa constitutio, argumẽto l. cũ mulier. ff. soluto matrimonio, vt in hoc dubio positus, sic recte intelligit, & firmat ita tenere DD. cõmuniter Andreas Fachin. controuersiarum iuris, lib. 3. c. 24. fol. mihi 307. vbi refert Imolã, Alex. Couar. Ruinũ, & Seraphinũ sic tenẽtes, & cũ eodẽ Couar. Alex. Imola, Dominico, Georg. Nata, & Mẽchaca, Molina, de Hispan. primo genijs, lib. 2. c. 3. nu. 31. & cũ Antonio Gom. & Couar. Ioan. Gutierrez, in d. c. quãuis pactum, verbo, *Vt dote contenta*, nu. 1. dicens ita tenendum, licet vltra allegatos per ipsos Ancha. Barbatia, & Matthæus de Afflictis contra tuerint & cũ Imola, Dominico, Phil. Frãc. Bened. Capra. Georg. Nat. Romano, Aretin. Alex. Iafone, Croto, & alijs Syluester Aldobrandinus, in cõf. 26. antea præcitato, nu. 100. & 101. vbi Anchar. & eius sequaces impugnat: ego vero, vt in proposito dubio, primiq; casu extẽsione sententiam meam interponam, nonnulla obseruare, atque constituere necessarium duxi, sine quibus res hæc absolute, aut distincte quidem explicari non poterit, in primis negari non posse, quin quam plures ex scribentibus nostris, consueffe in proposito se habuerint, confundunt enim terminos præfatos. nec vnũ ab alio distinguẽtes, longe ab ipsa veritate deuia re, discedereq; videntur, aliud namque est inquirere, vtrum decilio text. in dicto cap. quãuis pactum, procedat etiã si nulla dote recepta renũciatio fiat,

Quotidian. controuers. iuris.

quod verum esse fatemur cum cōmuni sententia, nec Ancharrani sententiam amplectimur, quippe cum fundamento eiusdem præcipuo, ex d. cap. quauis patet, deducto, facile & vere satisfieri possit, inducēdo eū text. prout vere induxi supra hoc eodē numero, in principio, aliud vero, eo sic admissio, quærare post modū vtrū filia, quæ nihilo accepto renūciauit, succurrendū sit, siue vtrū ipsa ob enormissimā læsionē eo ipso cōtingentē, renunciationē iuratā rescindere possit, quod Ioānes Gutier. loco citato supra, & alij plures omittūt. Deinde Carol. Anto. Puteū. d. cōs. vnico, nu. 55. deceptū aperte, dū existimauit, paria esse, siue eandē rationē militare, quod dote accepta, siue nō accepta renūciatio fiat, modo (vt ipse intelligit) nondū delatæ hereditatis renūciatio fiat, nā si verum amamus, & mētes, placitaq; communia doctorū perpendimus, negari equidē nullo modo poterit, longe differre, an dote cōgrua recepta filia renunciet, an vero nulla dote accepta renunciauerit, quoad effectū de quo agimus, vt scilicet filia sic enormiter læsæ succurri debeat, quod aperte, expressimque fatentur omnes authores relati supra, nu. 65. & in fortioribus terminis relati antea hoc eodē. c. nu. 53. & nu. 40. nullo ergo modo poterit quoad eūdem effectū vnus & alterius casus cōparatio, ita absolute procedere, lōge potius diuersa ratio militat in vno, quā in altero. Deniq; Ancharrani, & sequaciū sententiā, forsam in futurū placiturā, si admodū prædictū restringatur, intelligaturve, vt filia succurri debeat, quæ nulla dote accepta ad renunciandū fuit inducta, Molinamque, de Hispanorū primo genijs, lib. 2. d. c. 3. num. 30. 31. 32. & 33. rectius id percēpisse videri, nā ibidē, nu. 18. distinguendū putauit, an renūciatio aliquo à renūciante recepto, aut gratis, nulloq; ob illam recepto facta fuerit, & in hoc secūdo casu (qui ad propositū pertinet) dict. num. 30. inquit, quod si talis renūciatio facta fuerit à filijs maioribus cōsulte, & ex causa donationis, eisdemq;

aliunde alimenta supersint: nulla eis actio danda erit ad petendā ex enormissima læsione renūciationis rescissionē, vt ibidē cōprobat, & multos authores sic tenentes adducit, imo (vt ipse subdit d. nu. 32.) si minor cōsulte, ac in causam iustam, & honestam, sibiq; alioquin vtilē id fecerit, aduersus donationē, seu gratuitam renunciationē restituendus non erit, vt ibidem declarat, si vero à filijs minoribus, seu maioribus pauperibus, nihilque vnde se alant habentibus, nec ex causa sibi vtili, nec etiā pia, nec religiosa, id factum fuerit in hac specie sequendam esse opinionem Ancharrani dicentis, hanc renūciationem ex causa enormissimæ læsionis rescindi posse, quam etiam (inquit Molina) Salicetum Decium, & Crauetam fuisse sequutos, nec dissentit Syluester Aldobrandinus, dicto consilio 26 num. 102. is enim post Parisium, & alios plures (sed Molinam non refert) in nostris terminis ingenue fatetur, omnes in proposito cōcludere, quod filia renunciāns cū iuramento, nō possit succedere, esto, quod dotata non fuerit, vel incongrue, cum ea, vel dotē possit petere, vel eius supplementum, quo cōsequuto cessauit læsio: vides ergo filie læsæ succurrendū dixisse authorē prædictū, etiā si nondū delatæ hereditatis renūciaret, quod ipsum firmavit Hippol. Rimin. in cōs. 228 n. 34. lib. 2. dicēs, enormiter læso, qui nihil ex renūciatione accepit, subueniendū esse, vt ibidem probauit, diuersum itaq; ius constituendū erit in renunciatione facta dote non recepta, etiā si nondū delatæ hereditatis renūciatio fiat, quam in ea, quæ dote accepta fiat, nisi renūciatio gratis, nulloque accepto facta, alicuius iustæ causæ, vel alioquin vtilis interuētū iustificetur, ex eodē Molina, quæ iusta causa etiā videtur interuenire in terminis, in quibus Fachin. lib. 3. d. cap. 24. quæstionem proposuit, videlicet, cū filia diues sit, & maternam hereditatē cōsequuta fuerit, vel alia multa bona habeat, tūc nāq; inquit esse locū decisioni dicti cap. quauis patet, etiā si filia gratis nulla dote accepta renun-

- renunciaverit paternæ successioni, & vere (vt ego credo) renunciatio prædicta ex eo iustificari poterit, vt nõ ita de facili retractetur, sicut si à filia nõ diuinitate fuisset facta, vel vt numquam retractetur, iuxta ea, quæ Molina ipse eodem in loco scripta reliquit.
- 70 Extenditur etiam casus prædictus, vt in renũciatione iurata, facta per filiã de hæreditatibus paterna, vel materna patri, vel matri, metus aut dolus ad eius rescisionẽ minime præsumatur, quod regulariter verũ est, & à me supra hoc eodem libr. cap. 1. sæpe ad notatũ, probaturque in d. cap. quanuis pactum, de pactis, in 6. secundum communem inductionem Doctorum, de qua testatur Parisius, dicto cons. 26. numer. 66. libro 3. nam cum ibidem excipiatur casus, quo vis, aut dolus interueniat, liquido datur intelligi, nec vim, nec dolum præsumi, quia tunc fuisset necessarium excipere eum casum, qui legis præsumptione esset comprehensus, imo renũciatio hæc, quæ fit patri, vel matri, fauorabilis reputari debet, ex sententia Aretini, in consilio 93. columna 4. versiculo, præterea etiam, cõcurrit. Baldi, in l. pactũ, numero 24. in 21. quæstione. C. de collationibus. Castrensis, in consilio 421. versiculo, secundo principaliter, libro 2. Ripæ, libro 3. responsorum, capite 10. superdubijs, column. 10. quod maxime procedit, vbi ex iusta, aut necessaria, vel pia causa facta fuerit, vt supra hoc eodem cap. numer. 47. dicebam, & ostendit Molina, de Hisp. primog. lib. 2. dicto cap. 3. numero 27. & 28. vel accepta dote congrua, vt ibidem dixi, & numero 65. plures retuli sic tenẽtes, siue monasterio reseruata eleemosyna, doteve cõpetenti, tunc enim non poterit dici filia enormiter læsa, quæ monasteriũ ingredi volens, hæreditati paternæ, vel maternæ, vel etiam vtrique renunciauit, & multo magis, si iam ingressa, & dote competenti ad religionis ingressum, siue ad monasterium reseruata, vel obtentã, prædictam renũciationem fecerit, sic namque dolus aut metus minus
- 75 præsumetur, quia fecit illud, quod communiter faciunt multræ aliæ filiæ ingredientes religionem, nihilque proprium habere potest, cum huiusmodi moniales paupertatem profiteantur cap. cum ad monasteriũ, de statu monachorum, & in terminis sic obseruant Decius, in cons. 31. & pro tenui facultate mea, col. fin. in versiculo, vltimo nõ obstat. Burgos de Pace, in cons. 5. numer. 3. & cum non referens Molina, de Hispanorum primogenijs, libro 2. dict. cap. 3. nu. 27. & latius prosequitur Syluester Albrandinus, dicto cons. 26. ex num 38. vsque ad numerum 45. libro primo. Et hætenus de primo casu.
- 76 Secundus vero casus sit, quando filia cũ iuramento renunciauit hæreditati paternæ, aut maternæ sibi iã delatæ, mortuo patre, vel matre, puta fratribus suis, seu patruo, vel alijs personis, & esset enormiter, aut enormissime læsa, & isto casu relaxatur iuramentũ, & habebit locũ decisio d. c. quãuis pactũ de pactis in d. dum excipit pactiõnẽ iuratã dolo, vel metu, iuxta ea, quæ superius nu. 53. & nu. 56. latius annotaui, & in hoc casu cõueniunt aperte omnes fere authores, quos casu præcedenti ex nu. 65. adduximus, loquuntur nãque in renũciatione iuris nondũ quæsitũ, siue hæreditatis nõdũ delatæ, in qua enormis, aut enormissimæ læsionis considerationẽ dicunt nõ habendã, vt ibidem vidimus, quasi velint expresse, in renũciatione iuris iam quæsitũ, hæreditatisve iam delatæ contra esse, in illa nãq; læsio enormis, aut enormissima, ad eo in cõsideratione habetur, vt renũciationem iurata nullam reddat, & sine effectũ, & ita inter hos casus distinguunt Corneus, in consilio 11. columna prima, iuncto consilio 13. versiculo, nec supradictis decisionibus volumin 3. Parisius, dict. consil. 26. numero 77. & numero 80. & 81. & 86. volumine 3. Rubeus Alexander, in cõs. 12. colum. 3. Craueta, in cons. 7. nu. 6 sequitur Couar. in dicto cap. quanuis pactum, qui inde infert elegãtem intellectum ad illum, tex. 3. par. §. 4. numero 6.

Quotidian. controuers. iuris.

77 **verficulo, sexta ex præmissis. Hippoly. Riminald. in consilio 228. numer. 21. & 22. & numer. 29. lib. 2. Syluester Aldobrandinus, in consilio 26. nu. III. lib. I.**
 Et iste casus procedit equaliter, quando filia cum iuramento renunciaret patri, hæreditati maternæ sibi delatæ, vel alterius, seu alicui iuri sibi delato, & quæsito per viam renunciationis, quæ nõ esset mera donatio, quia si per talem renunciationem factam patri, vel è contra matri enormiter, aut enormissime læderetur, non haberet locum decisio principalis dicti cap. quãuis pactum, sed potius eius exceptio, & sic iuramentum relaxari deberet, & renunctio rescindi, quod est de mente quamplurimorũ authorum, maxime eorum, quos nunc recensui, qui dumtaxat differentiã constituunt in hoc, quod renunctio sit iuris quæsitæ, vel quæritæ, nõ vero in hoc, quod patri, aut matri, vel cõsanguineo, aut alteri renunctio fiat, vere nãque, iuris iam quæsitæ renunctio facta, & enormi, aut enormissima læsione interueniente, nulla inter has personas differentia constituenda est, quod in specie sic aduertunt Parisius, in consilio 26. numero 80. libro 3. quid penit pro casu secundo & diuerso à primo, quem tradit ibidem, numero 77. cum tamen idem casus sit & dumtaxat diuersitas personarũ accedat, Syluester Aldobrandinus, in consilio sæpe præcitato 26. numero III. nec dissentit Molina, de Hispanorũ primogenijs, libro 2. dicto cap. 3. num. 28. is enim semper verum putauit (vt ibidem fatetur) quod ex enormissima læsione filia possit renunctio nẽ etiã iuratã infringere: id tamen limitauit, vel quando hæreditatis paternæ patri ipsi dote congrua accepta renunctio fieret, quod verum est, & latius supra explicatũ, vel quando paternæ, ac etiam maternæ hæreditati ideo renunctatum est, vt ex ea maioratus institueretur, tunc namque filij, vel filiæ dotem, aut alimenta competentia accipientes, parentumque hæreditati, vt ex ea primogenium institueretur renunctantes, non possent se enor-

82 miter læsos dicere. vt ibidem latius ostẽdit, vnde in hoc casu ultra eundem Molinam, & reliquos authores hucusq; scribentes animaduertenda, atque notanda duxi nõnulla. in primis, in proposita specie forsam non habituram locum resolutionem præfatam, nec decisionẽ Pauli Parisij, dicto consilio 26. numero 80. libro 3. quando scilicet filia renunciaret cum iuramento patri hæreditati maternæ iam sibi delatæ, vel alterius cuiuslibet, seu alicui iuri sibi iã acquisito & delato, namq; si hæreditati aut iuri huiusmodi, ideo renũciaret, vt ex ipsis bonis, atque ex bonis etiam patris, cui renunctauit maioratus institueretur, ad cuius successionem ipsa etiam vocaretur, velut aliud opus vtile perageretur: tunc equidem iuris etiam, aut hæreditatis iã acquisitæ & delatæ renũciatio propter enormem, aut enormissimam læsionẽ non infringeretur, quod sentit aperte Molina, dicto cap. 3. numero 28. tam in principio, quam in fine, ponit enim casum, atque speciem, qua filia hæreditati paternæ & maternæ simul, ideo iure iurando renunctauit, vt maioratus à patre ipso institueretur, nec distinguit, an maternæ hæreditatis ius fuisset iam delatũ, vel non, quasi supponẽs pro certo, quod etiam iuris quæsitæ respectu hæreditatis maternæ renunctio valeret, quæ propter eam causam, vel aliam similem fieret, & ipsi etiam renunctanti utilis esse posset, cum aliquando euenire posset, quod ipsa succedat, vel etiam si rei publicæ necessaria, expediensquẽ foret, id circo in hoc casu propter interuentum iustæ causæ, & futuro euentu considerata, nec posset incongruitas dotis considerari, nec etiam attendi læsio, imo eadem ratio militaret, quæ in renunctatione iuris quærendi, & hæreditatis nondũ delatæ assignabatur supra in primo casu principali, quod nullus hucusque animaduertit, & sic procedit dictum à me supra, numero 49. in fine interuentu nãque, & cohærentia iustæ causæ, etiam iuris iam quæsitæ, aut iam delatæ hæreditatis renunctatio iustificari poterit.

84 Deinde & secundo animaduertendū duxi, in casu prædicto minime etiam habiturum locum, nec procedere debere commune aliud doctorum placitum, vī delictet, quod decisio dicti cap. quanuis pactum, de pactis, lib. 6. habeat locum, quando pater dotat filiam de suo, secus si dotaret eam de bonis eiusdē filia, puta de dote materna, & renunciaret filia dictis bonis cum iuramento: quia cum pater dotat de bonis filia (dicūt doctores) quod concurrēte enormi læsione, ideo renunciatio rescinditur, quod præsumitur à patre seducta & circumuenta, & consequenter ratione seductionis renūciasse, sed quando pater dotat de bonis suis, tunc dolus, aut metus patris nō præsumitur circa filiā, vt renunciaret, idque ob rationem principalem quam in primo casu principali supra adduximus, scilicet, quod patre viuēte, nullum ius cōpetit filia in bonis eiusdem, & in futurū, aut propter dubium euentum cōtingere posset, quod eidem vtile potius, quā dānosum fuisset dote congrua ex bonis patris obtenta renunciationem huiusmodi fecisse, & sic ratione læsionis infringi nō potest renunciatio, sic sane distinguunt communiter inter Doctores, vt testatur Georg. Natta, in dict. c. quanuis pactum, in 7. limitatione, numer. 38. & sequentibus, Syluester Aldobrandinus, in conf. 75. num. 14. & 15. lib. 1. in proposito ergo casu minime habebit locum præfata resolutio cōmunis, si ponamus filiā de bonis suis, & non parētis ideo dotatam, ea etiam ratione paternæ hæreditati renūciatum, vt ex bonis parentis maioratus institueretur, vel vt illa in aliam iustam, ac honestam, vel necessariam, aut alioquin vtilem conuerterentur, quotiescūque namque iustæ causæ & probabilis interuentu renunciatio facta fuerit, ac cōsulte, an ex his, vel ex illis, dotata fuerit filia, horumve, vel aliorum renunciatio fiat, differentia adhibenda non erit, iuxta ea, quæ superius notauimus.

85 Præterea & tertio loco obseruandum duxi, in eodem casu & specie, atque vtili, necessariavē, aut iusta causa interue-

niente, minime etiam obtinere ea, quæ post Ancharranum, in consilio 38. pro clariori, col. 2. Decium, in consil. 180. col. 3. Corneum, in consil. 147. lib. 4. & Cephalum, in consil. 142. num. 24. lib. 1. scripta reliquit Marcus Antonius Eugenius, in consil. 28. nu. 37. & 38. lib. 1. dicēs, quod filia renuncians, enormissime læsa dicitur, & consequenter renunciationem infringere potest, quando pro vnica dote, & quidem constituta sibi ex bonis paternis solis renunciauit non solum hæreditati patris, qui dotē constituit, sed etiam aui, matris, & fratris: ac insuper concessit omnia iura sibi competentia superdictis bonis, tunc namque enormiter læsa dicitur, eo quod respectu dotis promissæ ex bonis patris, non debuit remittere materna, auita, fraterna, & alia & sic venire potest cōtra dictam renunciationem iuratum ex eisdē authoribus, qui ipsomet obseruant in renunciatione facta in manibus patris dotātis de bonis vnus, vt scilicet non valeat de bonis alterius, de quibus non dotatur, temperari ergo debet prædictorum authorum resolutio, vt non procedat in terminis antea dictis, in quibus Molina ipse, libro 2. dicto cap. 3. numero 30. 31. & 32. loquutus est videlicet, quando filia de bonis patris, vel alterius solū dotata, aliorum plurium hæreditati, ideo renunciauerit, vt maioratus instituat, vel vt opus aliquod piū peragatur, siue ad præfata renunciationem efficiendam cōsulte, ob aliamque iustam ac honestam, vel necessariam, aut piam & religiosam causam moueatur, sic vt iustæ potius causæ interuentu adducta, quam ob alia seducta videri possit.

86 Duxi etiam & quarto loco obseruandum, superius dicta de renunciatione iuris quæsitī, & hæreditatis iam delatæ in fauorem fratris, aut patris, vel alterius personæ facta, minime etiam obtinere, quando poneremus renunciationes huiusmodi iam delatæ paternæ & maternæ hæreditatis, ideo à filiabus fratri, aut patruo, vel alteri consanguineo factas esse, vt parentum, aut maiorum suorum

Quotidian. controuerf. iuris.

nomen & familia duraret, eorumq; memoria instituto maioratu, vel aucto iã antea factò, in futurum conseruaretur, tunc enim ex hac causa, vel etiã si propter aliam iustam equidem & honestã, sibiq; alioquin vtilem, vel propter piã & religiosam causam moueatur, aut etiam intuitu pietatis, quia fratres, aut patru, vel patruelès pauperes erãt, ad renunciandum adducatur, etiam propter enormissimam læsionem, renunciationem in fringere nõ poterit, imo ad eius obseruantiam tenebitur, modo dotem congruam, velut nubat, velut religionẽ ingrediatur, sibi reseruauerit, vel aliunde habeat, vnde se honeste, ac pro dignitate alere possit, quod est singulare & notandum, ac de mente Molinæ pro cedit, de Hispan. primog. lib. 2. dict. cap. 3. numero 31. & 32. quanuis enim ipse loquatur in renũciatione eo respectu, vel ob aliquam ex causis prædictis patri facta, eadem tamẽ ratio militat in ea, quæ fratri fieret, aut patruo; & cum eidẽ patri ob eam rationem permisserit hæreditatis maternæ, vel alterius, etiam iam delatæ renunciationem valide fieri, nõ est cur in fratre eadẽ interueniente causa aut ratione, non sit idem ius constituendum.

87 Sed & vltra Molinam in terminis dictis extat singularis decisio Hippolyti Riminaldi, in consilio 228. numero 76. lib. 2. is enim numero 29. egerat de renunciatione hæreditatis iam delatæ à sorore quadam facta in fauorem fratris sui, & numero 22 cum sequentibus, tractauit de renũciatione à Federico quodam patruelibus suis, ideo facta, quod ipsi pauperes erant, & parum in bonis habentes, quodque nisi Marcus quidam eis subueniret, se alere, nec sustinere possent, sed necessaria aliunde quærere cogèrentur, & demum contendit probare, renunciationem factam alicui ob eius paupertatem, dici factã causa pietatis, & id circo irreuocabile esse, post modum vero se remittit ad numerum 76. cum seq. eiusdem consilij, vbi dicit haberi, qualiter id sit intelligendum, vt

constat ex summario posito ibidem, numero 24. at dict. numero. 76. vsque ad finem consilij, pluribus modis id declarat, & in effectu Riminaldus ipse concludit, renunciationem ob paupertatẽ ibi factã subsistere, modo paupertas dilucide probaretur, ac etiam, quod intuitu pietatis, siue pro salute animæ fieret, & quod dolus, aut deceptio cessaret, his ergo concurrentibus, vel alijs similibus interuenientibus, ex quibus iusta aliqua & probabilis causa inducatur: vides fateri Riminaldũ expressim, renũciationem iurata retractari non posse enormissimæ læsionis prætextu, nec etiam quod hæreditatis iam delatæ renũciatio alteri, quam patri facta fuerit, sic vt ex dictis & notatis per eundem auctorem, à me antea obseruata confirmari possint omnino, quæ tamen cum noua sint, nec ab alio hæctenus sic adnotata, erit de ipsis cũ occasio se offerat, & iuxta casus contingentis qualitatem & circumstantias maturius deliberandum.

88 Tertius denique & vltimus casus sit, quando filia cum iuramento hæreditati paternæ renunciauit, & pater tũc dedit dotem, quæ succedit loco legitimæ, nã si supplet legitimam, nõ potest vltius aliquid consequi filia, quod si non ascendit ad integram legitimam, potest agere ad supplementum, nec etiam ratione enormissimæ læsionis, aliter poterit experiri, & si nullam dotem cõstituit, seu in congruam, & minimam (vt dixi) agere eo modo, quo dictũ remanet supra, numero 47. & 48. vbi notauit, qualiter in proposito dos diceretur cõgrua. Ita sane, sed latius quidẽ, & post alios multos ad literam declarat Parisius, dicto consilio 26. ex numero 82. cum multis seq. lib. 3. & sequitur Aldobrandinus, in conf. 26. numero III. libro primo, quæ verissima sunt, modo semper, ac indistincte, cum à maiore, vel à minore renũciationes generales cuiuscunq; læsionis, vel alterius remedij, aut remediorum omnium generaliter in casibus prædictis factæ fuerint, vt dignosci possit, an eisdem minime refragãtib; aduersus

uersus renunciationem iurata[m] reclama-
mare possit maior, vel minor, præ ocu-
lis habeantur ea, quæ supra ex numero
28. vsque ad numerum 37. & numer. 41.
obseruauimus, & quæ Molina, de His-
pan. primog. lib. 2. dict. cap. 3. ex numer.
18. vsq; ad nu. 25. mature & vere scrip-
ta reliquit, & numeris præcedentibus la-
rius à me explicata fuere. Ioannes Gu-
tierrez, in d. authent. sacramenta pube-
rum, ex numer. 97. cum seq.

91 Et de his hætenus, resumendo tamẽ
quæcunq; adhuc ex num. 50. supra hoc
eodẽ capite, sic diffuse & late à me an-
notata fuere, sic concludo, in primis in
proposito dubio ex dict. numero 50. ex
citato, tres esse præcipuas & diuersas
sententias. Prima relata est supra, num.
53. per totum, & num. 56. fortissime (vt
vidisti) cõprobata per text. in dict. cap.
quanuis pactum. Secũda vero refertur
numer. 54. & 55. Tertia denique adduci-
tur numero 57. & improbat[ur] num. 58.
& seq. Inter has autẽ, prima opinio ve-
ra est, & communis, imo verior, cõmu-
nior, & omnino tenenda, scilicet renun-
ciationem iurata[m] ob enormissimã læ-
sionem regulariter rescindi debere, iux-
ta ea, quæ plene resoluta fuere d. num.
53. & numero 56. & numero 39. & 40. ac
etiam pariter ob enormem læsionẽ, mo-
do intelligatur, vt declaratũ fuit supra,
numer. 59. 60. 61. & 62. In vtraque ergo
tam enormissima, quam enormi læsio-
ne accipiẽda erit præfata resolutio cõ-
munis, quoties vere dici possit, quẽ e-
normiter, aut enormissime læsum, de-
claratur tamen, nec enormẽ, nec enor-
missimam læsionem cõsiderari in casi-
bus adductis ex numer. 43. vsque ad nu-
merum 49. & latius declaratis ex num.
65. cum multis sequentibus, ac etiã nu-
mer. 86. cum seq. dici tamen enormem,
aut enormissimam læsionem interueni-
re in casibus relatis infra, ex numer. 76.
cum sequentibus, in quibus, & in alijs
etiam similibus, quicunq; illi sint, si in
ipsis enormis, aut enormissima læsio de
iure ac congrue considerari possit, cer-
tum erit, renunciationem iurata[m] res-

cindi, nec esse locum Põtificiẽ cõstituti-
oni dicti cap. quanuis pactum, locum
tamen esse eiusdem capitis exceptionis,
quatenus vi aut dolo factam renuncia-
tionem excipit, ac denique enormissimã
læsionem non tantũ respectu hæ-
reditatis aut patrimonij renunciati me-
tiendam, aut diffiniendam, sed aliter con-
siderari debere, quæ numero 47. in ver-
siculo, & hætenus Molina, & numero
72. cum sequen. perpenduntur mature
(vt ibidem vidisti.)

Ex capite Tertio.

SUMMARIVM.

- 1 **L**ocatio & conductio iisdẽ,
quibus emptio & vendi-
tio consistit regulis, quã-
uis in aliquibus à contractu emp-
tionis & venditionis differat.
- 2 Et contrahitur simul acque de mer-
cede conuenit.
- 3 Duplicemque actionem parit, ex lo-
cato, quæ locatori ad mercedem, ex
conducto, quæ cõductori ad usum
& cõfruitionem rei datur.
- 4 Locationis contractus, vt ad im-
pleatur, libere & plene debet uti
frui cõductor.
- 5 Et sic locator tenetur ad factum,
id est pati cõductorem uti re con-
ducta, & eam præstare, nihilque
facere, quominus libere & pacifi-
ce fruatur.
- 6 Et quemadmodum venditor tene-
tur tradere rem, si pretium cõsequi
vult, ita locator tenetur præsta-
re, vt cõductor fructus & pro-
uentus percipiat, non solum per sim-
plicem traditionem rei, sed per
continuam patientiam, & omnis
obstaculi remotionem.